

Dat. die
29 maii
1804
anno V.

CCXCVI.

Indulgetur parochi, et beneficiatis ecclesie parochialis oppidi Alcoy, Valentinae diocesis, ut pro tertia, vel quarta eorum parte per turnum abesse possint a choro duos tantum menses in quolibet anno, certis tamen temporibus, et festis exceptis, et in absentia percipere fructus, et distributiones.

Venerabili fratri
archiepiscopo Valentino

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

Expositio pre
cum.

§. 1. Nuper Nobis exponi fecerunt dilecti filii parochus, et clerus beneficiatus ecclesie parochialis oppidi Alcoy Valentinae diocesis, se onus ferre inseruiendi choro quotidie, sed beneficio, unde onus huiusmodi provenit, non reddere unicuique ipsorum quotannis nisi sexaginta scutata monetæ Romanæ de certo, seu, amortizado, uti vocant; et triginta septem de adventu, seu votivo, elemosynis tamen non computatis missarum, quas si quis poterit singulis celebrare diebus, poterit quoque quolibet anno ad summam centum sexaginta duorum scutatorum usque pertingere. Quamobrem, ut aliquid nanciscantur levaminis in tanto labore, cupiunt ipsi per aliquam temporis partem alternatim a choro in anno vacare, ac beneficiorum fructus et distributiones vel absentes percipere; eo vel magis quod ex nonnullis eorum per intervallum absentibus nihil pertimescendum sit detrimenti ecclesie servitio, quum ibi unus, et viginti beneficiati præter parochum numerentur, atque in eadem diocesi jam alia parochiales ecclesie alternent ex apostolico indulto chori servitium: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis

Bull. Rom. Tom. XII, F. 76

cis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus huiusmodi inclinati: fraternitatis de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium concilii Tridentini interpretum, qui tuam hac de re relationem ad eosdem transmissam attenderunt, consilio per præsentem committimus et mandamus, quatenus veris existentibus narratis, eisdem exponentibus, eorumque in perpetuum successoribus auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et conscientia gratis indulgeas, ut ad duos cujuslibet anni menses tantum tertia, vel quarta ipsorum pars per turnum a te constituendum a chori servitio vacare, et a residentia abesse possit, ac interim fructus omnes, et distributiones quotidianas percipere valeat, amissis tamen distributionibus inter præsentem, seu votivis, nec non exceptis a præmissa vacatione tempore adventus, et quadragesimæ, diebus festis solemnioribus nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Paschatis, Pentecostes, et ss. Corporis Christi, et per totam octavam eorundem festorum, nec non festo sancti titularis, quibus in diebus aliisque tuo arbitrio benevolens omnes ex prædictis exponentibus choro inseruire, divinisque officiis personaliter interesse teneantur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ parochialis ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et ex-

Derogatio con
trariorum.

Tenor concessio-
nis.

presse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maij millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCVII.

Dat. die
1 junij
1804
anno V.

Facultas abbatissæ monasterii sanctæ Mariæ Magdalensæ civitatis Pisaurensis gestandi crucem auream ante pectus appensam ad instar abbatissæ monasterii Fanensis, pro se, et succeditricibus in perpetuum.

Dilectæ in Christo filix modernæ abbatissæ monasterii sanctæ Mariæ Magdalensæ ordinis sancti Benedicti civitatis Pisaurensis.

Pius PP. VII.

Dilecta in Christo filia Nostra,
Salutem et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide dignis commendatis testimoniis Nos adducunt, ut honorificentia tuæ benigne consulamus.

Expositio præeum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilectæ in Christo filix istius monasterii sanctæ Mariæ Magdalensæ moniales, quod ipsæ ad majorem Dei gloriam, et externum abbatissatus officii splendorem augendum, te ejusdem monasterii abbatissam aliqua per Nos, et hanc apostolicam Sedem prærogativa, atque insigni honorificentia decorari summo opere desiderent.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos te præmissorum meritum tuorum, ac etiam earundem monialium precum intuitu specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes; supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi,

et pro tempore in perpetuum existenti abbatissæ ipsius monasterii, ut crucem auream ante pectus appensam ad instar superiorissæ similis monasterii Fanensis tam in choro, et aliis monasticis functionibus, quam extra eas gestare, illaque uti libere, et licite possis, et valeas, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Teque desuper, et succeditrices tuas a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti monasterii, et ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima junij millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Decretum irritans.

Derogatio constitutionum.

CCXCVIII.

Dat. die
6 junij
1804
anno V.

Leges servandæ in contractibus emphyteuticis pro colonis paludum Pontinarum.

Alessandro Lante protonotario apostolico, della santità di Nostro Signore papa Pio VII., e sua reverenda camera apostolica tesoriere generale.

§. 1. Ad oggetto di dare un'opportuno regolamento alle enfiteusi dei beni camerali della bonificazione Pontina, mentre non si sono celebrati gli istromenti dai primi investiti, e dai posteriori acquirenti, e per fissare anche la norma a quei coloni, ed altri che hanno alcune porzioni di terre entro il circondario della medesima bonificazione, la Santità Sua ha mostrato la sua sovrana provvidenza colle ordinazioni espresse nel moto proprio che resta esibito negli atti del Salvatore segretario di camera sotto il giorno 7. del corrente mese, del seguente tenore.

R.P.D. thesaurarius chirographum executionum receptis declarat.

Pius PP. VII.

Motu proprio

Tenor
graphi.

§. 2. Dopo essere stata liberata dalle acque paludose una vasta estensione di terre entro il circondario Pontino colla celebre impresa del Nostro predecessore Pio VI. di gloriosa memoria, furono le suddette concesse in enfiteusi perpetua a molte, e diverse persone per di lui rescritto dato in Terracina li 10 maggio 1791. e altri rescritti fatti in sequela di quello, con le condizioni quivi espresse, e segnatamente che dovesse da cadauno enfiteuta stipolarsi l'istromento colla inserzione della pianta corrispondente alla misura da eseguirsi sul luogo. Siccome però non furono celebrati tali istromenti, essendosi soltanto esibiti i rescritti negli atti del Salvatore segretario di camera; quindi è addivenuto, che molte di quelle terre sono passate dai primi enfiteuti ad altre mani o per contratti, o per disposizioni di ultime volontà, senza che la Nostra camera proprietaria ne abbia conseguito il dovuto laudemio, e senza esserne stata riconosciuta in padrona diretta da molti nuovi possessori, i quali sono anche all'istessa camera ignoti, e rendono inoltre maggiore la loro morosità nel pagamento de' canoni, per non trovarsi espressamente obbligati alla osservanza dei regolamenti stabiliti contro i debitori morosi dalle costituzioni apostoliche, e dallo stile camerale.

Volendo pertanto Noi riparare a questo sconcerto, contrario non meno alla intenzione del defonto pontefice, che all'economia della Nostra camera, avendo nella presente cedola per espresso il tenore del sovraccitato rescritto, e degli altri consecutivi, anche emanati per mezzo del tesoriere generale, ed ogni altra cosa necessaria di esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà ordiniamo e stabiliamo, come siegue.

L

§. 3. Che tutti quelli, ai quali furono concesse le terre suddette, fabbriche, o altri fondi entro il circondario Pontino, in sequela della esi-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 76

bizione da loro fatta dei rispettivi rescritti ottenuti sino al tempo presente debbano onninamente intendersi sottoposti non solamente alle leggi ed ordini emanati, o da emanare sopra la bonificazione, e gli enfiteuti delle terre Pontine, ma ancora alle disposizioni delle costituzioni, e alle regole e stile camerale sopra gli enfiteuti ed altri debitori della camera apostolica, e specialmente alla costituzione di Gregorio XIII. altro Nostro predecessore di santa memoria, che incomincia *Ad Romani pontificis* pubblicata il primo giugno 1580. ed anche alla recente cedola di Nostro moto proprio del dì 23. aprile 1803 di maniera che non pagando i canoni ogni anno prima del fine del mese di ottobre in mani del ministro camerale a ciò deputato alle Pontine, o in altro luogo che venisse loro ordinato dalla camera o dal tesoriere generale, incorrano *ipso facto* la caducità, e si devolvano le terre alla medesima Nostra camera in quel modo che è prescritto rapporto agli altri enfiteuti morosi per l'annua solennità de' ss. apostoli Pietro e Paolo, ed autorizziamo monsignor tesoriere generale a concedere tali terre e fabbriche agli enfiteuti adjacenti, qualora siano idonei, e convengano nei medesimi patti, altrimenti darli ad altri, come giudicherà più espediente alla Nostra camera.

II.

§. 4. Che tutti quelli, i quali hanno acquistato alcuna delle terre Pontine dai primi enfiteuti, e dai loro successori, s' intendano soggetti alle medesime leggi, ed inoltre nel perentorio termine di un mese da decorrere dalla pubblicazione della presente Nostra cedola debbano pagare alla Nostra camera apostolica i laudemj per i passaggi delle suddette terre, e per pubblico istromento da celebrarsi negli atti dell'istesso Salvatore segretario di camera riconoscere il diretto dominio della camera medesima con esprimere i patti ed i pesi analoghi a tal contratto, e specialmente la rinunzia ad ogni defalco di canoni o altro bonifico per causa di qualunque inondazione, rotta d'argini, o altro caso, la qual rinunzia peraltro debba intendersi rapporto anche

De onere praestandi recognitionem in dominum camerae apostolicam.

De observantia constitutum, et solutione canonis.

ai primi concessionarij, e l'istesso debba farsi anche da ogni altro, che in avvenire acquistasse qualche terreno Pontino parimenti nel termine di un mese, dopochè sarà seguito il nuovo passaggio; altrimenti decorso questo termine ognuno de' suddetti, che non avrà pagato il laudemio, e celebrato l'istromento, come sopra, si abbia per decaduto dalla enfiteusi, e i terreni devoluti alla camera, oltre tutto ciò che si dispone dalle costituzioni apostoliche, e dal diritto comune.

III.

De indemnita-
tibus annua-
tim solvendis.

§. 5. Quantunque sul principio della bonificazione nel 1777. il commissario Giulio Sperandini deputato dal Nostro predecessore facesse alcune convezioni colle comunità e coi privati possessori di alcune porzioni di terre incluse nel circondario Pontino, o per altri loro diritti o pretensioni, assegnando alle comunità, ed alcuni altri annui compensi in danaro, preservate le ragioni a favore della Nostra camera di compensazioni contro li stabiliti contribuenti, permettendo ad altri l'uso di quelle porzioni di terreni inclusi, mentre si faceva la bonificazione, nel modo conciliabile cogli attuali lavori, e promettendo tra le altre cose, che a bonificazione compiuta si assegnerebbe loro tanta quantità di terreno asciutto nel confine del circondario, e tali convezioni fossero anche enunciate nel chirografo seguito li 15. luglio 1780. in occasione dell'affitto fatto dalla camera dei terreni Pontini; nondimeno l'istesso pontefice l'anno 1791. nel concedere in enfiteusi i terreni bonificati a diverse persone giudicò di variare alquanto, e derogare in parte alle suddette convezioni, disponendo in altro modo di quelli terreni, ed ordinando agli enfiteuti di mantenere tutti i coloni particolari entro i loro fondi, senza gravarli di maggiore risposta, e con facoltà di trasportarli nel confine della rispettiva loro possidenza, come più diffusamente apparisce dal sovra citato rescritto de' 10. maggio 1791. Ora siccome dopo essere state date ad altri in enfiteusi tutte le terre Pontine, e dopo i miglioramenti fattivi da molti enfiteuti, ed altre variazioni accadute nel decorso di tanti anni non potreb-

be senza sconvolgimento di cose, e senza grave incomodo e pregiudizio della camera apostolica ritornarsi a dare esecuzione alle convezioni del 1777. perciò ordiniamo, che tutti quelli, ai quali si pagano i compensi annui in danaro, debbano continuare in avvenire a percepire l'istesso compenso, senza che abbiano ad eccitare pretensione per averlo in una porzione di terreno; ed i coloni restino sottoposti alla disposizione del lodato rescritto; che debba restar fermo ciò che si dispose dal Nostro predecessore nel rescritto del 1791. e che quei coloni, i quali erano soliti di pagare le risposte, debbano continuarle a pagare agli enfiteuti a norma dell'istesso rescritto, senza poter reclamare, nè abbiano alcuna azione per tale assegna di terreni contro la camera apostolica non ostante il loro ricorso da Noi già delegato al tribunale della camera, e non ostante qualunque decreto di monsignor uditore, salve soltanto le ragioni per qualunque altra rispettiva preteazione tra gli enfiteuti, ed i coloni.

V.

§. 6. Che dalla computisteria generale della camera si debba formare e ritenere sempre un' esatta e diligente descrizione o sia cubreo di tutte l'enfiteusi Pontine, con notarvi tutti i passaggi che accadessero nel tempo futuro, ed a quest' effetto ordiniamo, che anche quelli successori enfiteuti, i quali non sono obbligati a pagare il laudemio o ad ottenere nuova investitura, nondimeno debbano darne notizia negli atti dell'istesso segretario di camera entro un mese dopo la morte del loro padre o altra persona, a cui legittimamente siano succeduti, affinchè sia l'enfiteusi intestata alla loro persona, altrimenti incorrano ancor questi la caducità della enfiteusi.

Da bonorum
descriptione
servanda in li-
bris camerae.

§. 7. Volendo e decretando, che la presente cedola di Nostro moto proprio ammessa e registrata in camera a forma della costituzione di Pio IV. *de registrandis* vaglia ed abbia il suo pieno vigore, senza che gli si possa opporre vizio di orrezione e surrezione, o altro difetto, ancorchè non vi sia stato citato nè sentito monsignor commissario della camera; nè gli stessi enfi-

Clausula salu-
tates, et icri-
tantes.

tenti o coloni Pontini, o chiunque altro vi avesse, o pretendesse avervi interesse, e che così, e non altrimenti debba giudicarsi da ogni giudice ordinario o delegato, rota, camera, reverendissimo camerlengo, monsignor tesoriere generale, e monsignor Nostro uditore, e da qualsivoglia altro tribunale anche composto di reverendissimi cardinali, togliendo ad ognuno la facoltà di definire, o interpretare diversamente, e dichiarando invalido e nullo tutto ciò, che altrimenti si definisse o interpretasse. Non ostante il rescritto della Nostra suddetta delegazione, la Nostra costituzione *Post diuturnas*, e qualunque altra costituzione, legge, ordine, rescritto, consuetudine, che facesse o sembrasse fare in contrario, alle quali cose tutte, avendone il tenore qui per inserito, per l'oggetto della presente sufficientemente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 6 giugno 1804.

PIUS PP. VII.

Executio.

§. 8. Mentre adunque noi facciamo note le pontificie provide leggi sopra gli oggetti suddetti, ne inculchiamo ad ognuno la osservanza, giacchè la presente notificazione dopo che sarà stata affissa ne' luoghi soliti in Roma, e nel circondario Pontino, e nelle città e luoghi a quelli confinanti, avrà sempre il suo pieno vigore, come se fosse stata ad ognuno personalmente presentata. Roma questo dì 9 giugno 1804.

Alessandro Lante tesor. gener.

Per monsig. commissario generale della R. C. A. assente

Nicola Maria Nicolaj primo sostituto commissario

Luigi Salvatori segr., e canc. della R. C. A.

CCIC.

Applicatio honorum spectantium ad hæreditatem Fagoni in erectionem cappellanæ in ecclesia sancti Christophori diocesis Civitatis Plebis.

Venerabili fratri episcopo Civitatis Plebis.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi nuper fecit dilectus Expositio precum. filius modernus parochus sancti Christophori diocesis Civitatis Plebis, quod bo. me. Margarita, Sancta, et Innocentia Fagoni terræ Castilionis apud lacum Trasimenum sese testamento ad invicem conscripserunt hæredes, unaque statuerunt ut post earum omnium mortem bona communis hæreditatis in suffragia animarum suarum impendi deberent per testamentarios expresse ad id designatos executores; qui prius tamen, quam quidpiam executioni mandassent Nostro, ut asseritur, fuere jussi rescripto, ut de asse hujusmodi hæreditario unam partem pro medietate in missas pro animabus testatricum celebrandas assignarent, de altera vero fundarent cappellaniam in parochiali ecclesia de Giojella quemadmodum ejus parochus ad suorum beneficium popularum expostulaverat. Tali exemplo motus exponens, quid et unum se esse dicit de executoribus designatis, cupit vel ipse similem cappellaniam ex reliquo asse in missas erogando institui favore suæ parochialis ecclesiæ ubi molto major adest necessitas cappellani, qui et parocho adjumentum in ministerio, et populo commoditatem præstet in missa præsertim diebus festis. Hinc Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus favoribus, et gratiis Tenor concessionis. prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occa-

Dat. die
8 junii
1804
anno V.

sione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audita relatione dilecti filii magistri Emmanuelis de Gregorio secretarii congregationis de Concilio, fraternitati tue per presentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus enarratis, ex enunciata medietate hereditatis Fagoni in tot missas eroganda perpetuam cappellaniam auctoritate Nostra apostolica erigere possis, et valeas in parochiali ecclesia sancti Christophori, injuncto tamen cappellano pro tempore perpetuo onere coadjuvandi parochum ecclesie predictae in cura animarum, nec non celebrandi ibidem singulis diebus festis etiam reductis missam applicando ad formam testamentariae dispositionis Fagoni.

Derogatio con-
trahitorum.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, recentis memoriae Benedicti pp. XIV. praedecessoris Nostri super divisione materialium, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud s. Mariam Majorem sub anno piscatoris die octava junii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCC.

Dat. die
8 junii
1804
anno V.

Beatificatio venerabilis servae Dei Veronicae de Julianis monialis sanctae Clarae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Laudes vene-
rabilis servae
Dei.

§. 1. Quos Deus praescivit, hos et praedestinavit conformes fieri imagini filii sui, qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta. Jam vero, quantum imagini filii Dei conformis futura esset serva Dei Veronica de Julianis, statim ab ejus incunabulis apparuit. Ipsa namque infantula, quod aliis diebus copiosum lac sugebat, ejus paucas mane, et vespere gustabat guttulas

quarta, et sexta feria, ac sabbato. Grandiscula miro eundem Christum Dominum pro nobis passum, et crucifixum imitandi desiderio flagrare coepit. Cum primum igitur per aetatem licuit, primaeam sanctae Clarae regulam in monasterio sanctimonialium, quas Capuccinas vocant, Tiferni tanto animi fervore est professae, ut ab ipso novae religiosae vitae initio perfectum aliquid, et consummatum attigisse jam videretur. Continuum triennale jejunium, Deo jubente, solo pane, et aqua, aliudque biennale aliquot hostiarum fragmentis, paucisque mali citrei seminibus refecta explevit. Corpus praeterea suum vigiliis, frigore, catenis, flagellis, urticarum manipulis, ac veste spinis undique contexta, aliisque poenarum generibus cruciavit. Flagrantissimo autem hoc Christo compatiendi desiderio effectum est, ut sex ipse martyrum Christus sponsam sibi dilectissimam cum uberimis charismatum donis, tum passionis suae signis mirabiliter decorarit. Sed et omni virtutum genere eam sibi divinus sponsus copulavit. Tantum proinde in regularis disciplinae studium, ut ipsa aut duce, aut hortatrice, quandoque etiam abbatisae munere fungente, moniales non paucae virtutum meritis miram in modum excellere. Zelus quoque erga externos tactus, ut precibus ad Deum fuis, peccatorum hominum plurimos ad meliorem reduxerit frugem, sese pro ipsis ad subeundas peccatorum poenas libentissime offerens. Ea in sorores charitate fuit, ut noctes integras duceret insomnes, nunc earum ministeria ipsa in se suscipiens, nunc eisdem aegrotantibus inserviens. Tantus in ea puritatis castimoniaeque splendor, ut angelo quam homini similior videretur. Tam demum ardens in Deum charitas, ut nedum extra sensus, quam saepissime raperetur, sed vel ipsa corporis membra incendio aestuarent. Tot, tantisque virtutibus, supernisque bonis ditata, et sui, et mundi, et daemonum victrix ad Christum sponsum annum agens septimum supra sexagesimum laeta evolavit.

§. 2. Cum itaque mature diligenterque discussis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium sacris ritibus praepositorum, aliorumque consultorum

Judicium sa-
erae congrega-
tionis Rituum
super virtuti-
bus illius.

processibus de hujus s. Sedis apostolicæ licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus servam Dei Veronicam de Julianis monialem ordinis s. Francisci Cappuccinarum nuncupatarum multipliciter claruisse, et super miraculis, quæ per ejus intercessionem ad manifestandam hominibus ejus sanctitatem a Deo edita, et patrata fuisse dicebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta censuerit, posse, quodcumque Nobis videretur, prædictam Dei servam, donec ad actum solemnem illius canonizationis deveniatur, publice beatam declarari, cum solitis indultis.

Beatificatio.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis, atque cæcis totius memorati ordinis, et venerabilis fratris Floridi episcopi Aquipendiensis hujus causæ postulatoris supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; de eorundem cardinalium, et consultorum consilio, auctoritate apostolica, tenore præsentium facultatem concedimus et impertimur, ut eadem Dei serva Veronica de Julianis beatæ nomine nuncupari, ejusque corpus, et reliquias venerationi fidelium (non tamen in processibus circumferendas) exponi, imagines quoque radiis et splendoribus exornari, officium, et missam de ea singulis annis die ix. julii de communi virginum cum orationibus propriis, juxta ritum missalis, et breviarii Romani recitari libere, ac licite possit et valeat.

Concessio missæ, et officii proprii.

§. 4. Porro officii recitationem, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universo ordine minorum s. Francisci cappuccinorum utriusque sexus, atque in diocesis Urbaniensi, et Tifernensi, in quarum prima, Mercatelli scilicet, ortum habuit, in altera vero vitam regularem duxit, ibique venerabile ejus corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Præterea hoc anno dumtaxat, videlicet post præsentem literas, et quoad Indias a die, quo eadem literæ illuc pervenerint, inchoando, in ecclesiis ordinis, et diocesium præ-

scriptarum solemnia beatificationis ipsius servæ Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majore die ab ordinario respective constituenda, postquam tamen in basilica principis apostolorum de urbe celebrata fuerint eadem solemnia, pro qua re diem xvii hujus mensis assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava junii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum, et fides habenda transumptis.

IN FESTO

BEATÆ VERONICÆ DE JULIANIS

Abbatissæ Capuccinarum Tiferni

Oratio

§. 6. Domine Jesu Christe, qui beatam Veronicam virginem passionis tuæ signis mirabilem effecisti; concede propitius, ut carnem crucifigentes ad gaudia æterna pervenire mereamur. Qui vivis etc.

Orationes recitandæ in missa, et officio.

Secreta

Suscipe, misericors Deus, quas tibi humiliter offerimus laudis hostias; et interveniente beata Veronica virgine tua, fac eas nobis ad perpetuum provenire subsidium. Per Dominum ec.

Postcommunio

Cælesti munere roboratos fac nos, quæsumus Domine Deus noster, bea-

tæ Veronicæ virginis tuæ, et exemplis instrui, et patrocinis adjuvari. Per Dominum ec.

DECRETUM

Approbatio
sacrae congrega-
tionis Rituum.

§. 7. Sanctissimus Dominus Noster Pius VII. pont. max. supplicante reverendissimo episcopo Aquipendensi Florido Pierleoni postulatore, et referente r. p. d. Hieronymo Napolonio fidei promotore, suprascriptas orationes ab eminentissimo et reverendissimo domino cardinali de Somalia Sanctitatis Suxæ in urbe vicario, sacrarumque rituum congregationi præfecto, ac præfate promotore fidei revisas, in missa celebranda in die beatificationis beatæ Veronicæ de Julianis, et successive in officio in ejus honorem recitando cum missa, juxta facultates tributas in brevi ejusdem beatificationis, legi posse; benigne indulsit, quibuscumque in contrarium disponentibus minime obstantibus.

Die nona junii millesimo octingentesimo quarto.

Julius Maria card. de Somalia
S.R.C. præfectus

Loco Sigilli

I. de Carpineo C. R. C. secr.



CCCL.

Dat. die
15 junii
1804
anno V.

Ut præter summam sc. 45. alias assignatam pro expositione ssmi Eucharistiæ sacramenti, et suppellectilibus sacris comparandis, etiam alteram annuam sc. 10. pro eadem expositione, et aliam sc. 16. pro ære alieno solvendo semel tantum ex eleemosynis in redemptionem captivorum collectis impendere valeant; pro confraternitate sanctissimæ Pietatis civitatis Lucanæ.

Venerabili fratri
archiepiscopo Lucano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, et confratres confraternitatis sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatorum in ecclesia sancti Hieronymi istius civitatis Lucanæ erectæ, quod dudum sibi a felicis recordationis Pio pp. VI. prædecessore Nostro sub certis modo, et forma tunc expressis, auctoritate apostolica indultum fuit, ut ex quibusdam eleemosynis in captivorum redemptionem destinatis annuam summam scutatorum triginta pro expositione sanctissimi Eucharistiæ sacramenti faciendâ, aliamque summam scutatorum quindecim per ordinarium definitam pro comparandis sacris suppellectilibus annuatim impenderent, ac alias, prout ex memorati Pii prædecessoris in simili forma brevis die xvi. maii MDCCLXXXIII. desuper editis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus fusius continetur. Verum quia, sicut in eadem expositione additum erat, ceræ pretium ita in dies auctum est, ut primo dicta pecuniæ summa non amplius sufficiat ad eam emendam, neque alius supersit modus reddendi sexdecim alia scutata moderno ejusdem confraternitatis exactori debita, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præ-
cumb.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus et mandamus, ut eisdem exponentibus, præter, et ultra integram summam prædictam quadraginta quinque scutorum, etiam aliam annuam scutorum decem pro dicta expositione sanctissimi Eucharistiæ sacramenti, ac insuper aliam scutorum sexdecim pro hac vice dumtaxat, ad effectum memoratum creditorem reintegrandi ex dictis elemosynis erogandas, et impendendas pleam, et amplam facultatem auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et prudentia gratis impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ memoratus Pius prædecessor in suis literis non ob stare voluit, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta junii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.



CCCII.

Erectio seminario cum facultate illud eximendi ab omni jurisdictione parochiali, et vicariorum capitularium, episcopali sede vacante pro episcopo Aveirensi.

Venerabili fratri episcopo
Aveirensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem

§. 1. **P**astoralis officii studium quo fraternitas tua clericis in seminario habendis, atque in ecclesiastica disciplina educandis omnem adjecisse curam ostendit, Nos qui nihil magis ad Ecclesiæ, et christiane reipublicæ utilitatem conferre, quam bonam tenere juventæ instructionem existimamus, pergrate fecit sollicitos, ut tibi in re tanti ponderis, quantum cum Domino possumus, præsto esse festinemus.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis fecisti, tuæ istius ecclesiæ seminarium adeo fuisse novissimi temporis calamitatibus affectum, ut non modo excussum imminutumque, sed penitus quoque dissolutum remanserit. Te autem tui zelo æque ac debito muneris aliud alio in loco (nam penes cathedralem ecclesiam plura in præsentiarum obsunt impedimenta) erigere statuisse, ac in loco hujusmodi, quem vulgo vocant de Requeixo, aliquot conduxisse domus, ubi seu etiam alibi donec melius provideri tractu temporis possit, duodecim diæcesani pro nunc colligantur, alanturque alumni, præter convictores suis se tantum sumptibus sustentaturos una cum præfectis, artiumque ac disciplinarum magistris, nec non duobus probis presbyteris, altero in superiorem seu rectorem, altero ad ejus supplendas vices destinandis; qui duo presbyteri facultate insuper polleant administrandi iis, qui vitam in seminario degunt, sacramenta penitentiae et Eucharistiæ, tam vel ad Paschale præceptum, quam ad viaticum, ac extremæ unctionis, dempto hac in parte quocumque parochiali

Expositio precum.

jure atque jurisdictione, etiam quoad funus, et sepulturam illorum, quos in seminario supremum obire diem contigerit, quique in seminarii cappella, præviis consuetis exequiis celebrandis gratis, et absque ulla distributione per seminarii clericos, atque presbyteros (missæ, seu missarum elemosyna tantum excepta) erunt humandi; nisi quis forte ecclesiam, ubi sepeleri velit, expresse declaraverit: tunc enim illius ecclesiæ parochus poterit suo cum comitatu ad seminarium accedere, ejusque ad januam defuncti cadaver accipere. Præterea seminarium istud te velle præceptis ac regulis tum ad rerum temporalium, tum ad studiorum, morumque directionem juxta leges prudentiæ, et circumstantias temporis, accommodatis, ac propterea a te, tuisque successoribus pro rerum, temporumque ipsorum eventum variandis, corrigendis, ac de novo condendis præmunire; ideoque illud ita tuæ, ac successorum jurisdictioni subicere, ac reservare, ut sede ecclesiæ istius episcopali vacante vicarii capitulares nihil de iis omnibus, quæ ad seminarium spectant per te, ac successores statuta, ac ordinata repererint, amovere, ac innovare unquam possint, sed si recte cuncta procedant, tantum inspiciere, et necessitati, si quæ quidpiam postulare videatur, dumtaxat consulere. Quapropter te optare plurimum, atque exorare, ut Nos tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi seminariam diocesanam in loco, et forma superius expressis erigendi, aliumque, etiam in locum successive pro opportunitate transferendi, et varias, ac variabiles regulas pro bono regimine constituendi, illudque ab omni tui parochi, intra cujus fines erigendum seminarium fuerit, tum vicarii capitularis, quando episcopa-

lis sedes vacaverit, jurisdictione, uti præmissum est, eximendi, nec non seminarii rectorem, ejusque gerentem vices ad recensita sacramenta, etiam tempore paschali, ac in mortis articulo, omnibus et singulis in seminario habitantibus ministranda, et ad eorundem inibi morientium exequias ac sepulturam in seminarii cappella disponenda deputandi, ceteraque supra enunciata mandandi, et exequendi, plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, ac impertimur.

§. 4. Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus tamen, ut memoratæ leges, ac regulæ quomodocumque, et quandocumque præscribendæ, non præscribantur, nisi habito simul cum illis consilio, quos de cathedralis capitulo, quatenus adsit, ad id adsciscendos synodus Tridentina decernit: atque ut rector, vice rector, præfecti quoque, et magistri, et quisquis demum alius, qui in seminario hujusmodi præminentia alicujus fungatur officio, sacramentum penitentia non nisi expetiti, ac rogati ab alumniis, et convictoribus valeant ullo unquam tempore iis administrare, ac pusillorum pudori conscientia offendiculum in tam metuenda re gravitas contubernaliū superiorum injiciat. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo octingentesimo quarto; pontificatus Nostri anno quinto.



Dat. die
23 Julii
1804
anno V.

CCCIII

Unio territorii vallis de Arania diocesis Urgellensis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **P**ro pastorali sollicitudine in commissa Nobis a Christo Domino auctoritate dum in beati Petri cathedra fuimus collocati, oculos Nostræ mentis ad ecclesiarum statum, omniumque populorum eisdem subjectorum spirituali regimini convertentes, ea omnia pro animarum Christianorum salute statuere summo studio semper curavimus, ut juxta divinarum et ecclesiasticarum legum normam a pastoribus utiliter valeant gubernari.

Ratio concessionis

§. 2. Quamobrem advertentes quod usque et de anno Domini millesimo octingentesimo primo per Nostras sub plumbæ expeditas literas tertio kalendas decembris datas pontificatus Nostri anno secundo, attentis rerum circumstantiis, et ad catholicam unitatem in Gallia retinendam, omnes tam archiepiscopales, quam episcopales ecclesias in Gallicano dominio existentes, apostolica auctoritate suppresserimus, extinxerimus, et annullaverimus, novasque alias archiepiscopales, et episcopales ecclesias pro rerum, atque locorum conditionibus, et opportunitatibus erexerimus, atque novam illarum diocesium circumscriptionem faciendam mandaverimus totis qua late patent in regionibus prædicto Gallicano dominio temporali subjectis, prout in literis præfatis fusius continetur; quarum vigore vallis de Arania ad Pireneos montes et flumen Garumnæ posita, quæ antea spirituali regimini ecclesiæ Convenarum episcopi integre pertinebat, attentæ prædictæ suppressione illarum diocesium nova circumscriptione, utpote sub temporali charissimi in Christo filij Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici dominio existentes minime fuit comprehensa, et populi in ea degentes absque proprio pastore remanserunt, ideoque ut alicujus episcopi intra Hi-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 76

spaniarum regis dominium consistentis ordinariæ potestati et auctoritati subijciatur, ipsiusque diocesi adjungatur, et incorporetur necessarium et expediens fore conspiciamus.

§. 3. Nos itaque votis insimul Tenor concessionis. ejusdem Caroli regis catholici libentissime obsecundantes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, vallem prædictam de Arania, totumque ejus territorium, omniaque in ea, seu eo contenta loca, et respective consistentes ecclesias etiam parochiales, monasteria, conventus, et beneficia, ac jura antea suppressæ ecclesiæ Convenarum spectantes et pertinentes, nec non utriusque sexus personas, habitatores, et beneficiatos, tam sæculares, quam regulares, quoscumque cujusvis sint status, gradus, ordinis, ac conditionis episcopali ecclesiæ et diocesi Urgellensi apostolica auctoritate perpetuo adjungimus, et incorporamus, ac omnimodæ jurisdictioni, superioritati, visitationi, et correctioni moderni ac pro tempore existentis episcopi Urgellensis, ita quod liceat ei per se, vel alium, seu alios ejus nomine in supradictæ vallis territorio, locis contentis, atque ecclesiis, monasteriis, eorumque pertinentiis, et annexis veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diocesani propria auctoritate libere apprehendere, cujusvis licentiæ desuper minime requisita, apostolica auctoritate præfata tenore præsentium etiam perpetuo supponimus, atque subijcimus.

§. 4. Interea præsentibus literis Clausura sublitera, et decretum irritans. cum omnibus in ipsis decretis atque statutis, firmas, validas, et efficaces esse, ac perpetuo fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus plenissime, et inviolabiliter observari volumus, et mandamus; sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, et quosvis alios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate ubique judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter

contigerit attentari, nullum, irritum, et inane decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus quibusvis cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, aliisque etiam in synodalibus, provincialibusque, generalibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, in genere, vel in specie alias forsitan in contrarium præmissorum emanatis præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatam esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ adjunctionis, unionis, incorporationis, subjectio- nis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum, ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, decimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIV.

Dat. die
24 Julii
1804
anno V.

Facultas congregationi oratorii Sanctissimæ Communionis generalis de Urbe adgregandi quascumque ejusdem instituti congregationes ubique locorum existentes, servata tamen forma concessionis Clementinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyter Aloisius Mozzi præfectus, et socii congregationis oratorii sub titulo præcipuo Sanctissimæ Communionis generalis, vulgo del Caravita de Urbe, quod ipsi ad majorem Dei gloriam, et spiritualem christi fidelium utilitatem alias congregationes, piosque conventus hujusmodi sibi adgregare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præ-
cæm.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nominæ Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem præfecto, et congregationis oratorii prædicti præsentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque ejusdem instituti congregationes extra Urbem ubique locorum erectas tam communi dicti oratorii congregationi quam alteri nobilium matronarum, piarumque mulierum, atque majorum conventuum vulgo ristretti, qui ibi tum festivis, tum ferialibus diebus haberi solent, respective adgregare (servata tamen forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis pp. VIII. prædecessoris Nostri editæ) illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, ipsius oratorii congregationi, et conventibus prædictis respective concessas communicare libere, et licite possint, et

Textor. concessio-
nis.

valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit supradicti oratorii congregationis, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrariam quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCV.

Dat. die
24 julii
1804
anno V.

Indultum, ut in quibusdam statis festivis diebus operibus servilibus vacare possint pro civitate et diœcesi Bejensi.

Venerabili fratri episcopo
Bejensi.

Pius PP. VII.

Ven. frater, salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum sicut quedam sunt, ut inquit s. Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla passunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præ-

Ratio concessionis.

ceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniat ad versus: propterea apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christi fideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroque ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam non sine conscientie angore contemnuntur.

§. 2. Quoniam vero, sicut ex parte tua Nobis expositum fuit in ista civitate, et diœcesi Bejensi ita excrevit festorum inobservantia, ut quamquam pro eo, quo flagras, pastoralis zelo omnem operam studiumque ad abusum, et scandala hujusmodi tollenda contuleris, vigent adhuc tamen, quin ulla spes affulgeat, fore ut christianus populus ad veram festorum observantiam revocetur. Plerique enim habitatores, et incolæ inopia laborantes, atque in sudore vultus panem comedentes fere vel inviti opera servilia, et mechanica diebus festis exercere coguntur, idque eo sæpius accidit ob auctum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcum.

§. 3. Nos itaque, qui christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et pœnis quovis modo, et quaeumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus christifidelibus eandem civi-

Tenor concessionis.

tatis, et diœcesis Bejensis, ut deinceps omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, ac Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ ac sanctorum Petri, et Pauli apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini immaculatæ scilicet Purificationis, Annuntiationis; Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis sive per hanc sanctam sedem præceptis, sive per synodales ejusdem diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque audita tamen missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die

vicesima quarta julii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCVI.

Concessio vestium oblongarum in locum veteris rubonis pro confalonerio, et magistratu civitatis Maceratæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **P**aterna Nostra erga Nostros, et apostolica Sedis in temporalibus subditos sollicitudo, et cura Nos movet, ut eorum votis quantum cum Domino possumus benigne annuamus, eosque specialibus gratiis, et favoribus libenter prosequamur.

§. 2. Cum itaque inter cæteras conditionis Nostræ ecclesiasticæ civitatis Maceratensis antiquitatis laude, literarum cultura, populi que frequentia, ac provinciæ Picenæ præsentia non mediocriter floreat, et constanti in Romanos pontifices, ac Sedem prædictam fide emineat, publicosque habeat residentes et confaloneros prudentia et integritate pollentes, Nos qui civitatem ipsam, ejusque communitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiore quodam benevolentia Nostræ complectimur affectu, dilectos filios modernos ejus publicos residentes, et confaloneros novo benevolentia Nostræ munere donare, et amplioris honorificentia prærogativa decorare volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum, præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eisdem modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dictæ civitatis residentibus, et confaloneriis, ut ipsi loco rubonum, quos adhuc defetre consueverunt, in posterum alios

Dat. die
24 julii
1804
anno V.

Præsentium.

Ratio, et tenor concessio-
nis.

rubones, seu oblongas vestes ad instar magistratum alterius civitatis Nostræ Viterbiensis in quibuscumque actibus, et functionibus publicis respective deferre, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et indulgemus, dictosque residentes et confaloneros desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quopiam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrarium.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ Maceratensis, aliarumque civitatum status Nostræ ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die vicesima quarta julii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostræ anno quinto.

CCCVII.

Reformatio statuti Civitatis novæ Firmænæ diœcesis super testamentis, et hereditatibus ab intestato deferendis.

Alexander Lacchini utriusque signaturæ referendarius protonotarius apostolicus.

Sanctissimi Domini Nostræ

Papæ Pii VII.

Auditor et iudex commissarius specialiter electus et deputatus.

§. 1. Cum sanctissimus Dominus Noster Pius divina providentia papa VII precibus populi Civitatis novæ, ac illustrissimorum domini Petri Scocciampana, et Alexandri Frisciotti ab illa communitate deputatorum benigne annuens chirographum propria manu Sanctitatis Sux die 29 labentis mœsis julii subsignatum, Nobis pro executione in eo contento-

rum direxerit tenoris sequentis, videlicet.

Monsignor Alessandro Lacchini
Nostro uditore.

§. 2. Sono ricorsi a Noi Pietro Tenor chirographi Scocciampana, ed Alessandro Frisciotti, come deputati della comunità di Civitanova, esponendoci, che nello statuto di detta terra due rubriche, o capitoli si leggono, de quali ci è stata umiliata l'autentica copia, uno = *de testamentis: de successioneibus ab intestato*, et *de muliere dotata* = sotto la rubrica 28, e l'altro = *de successioneibus ab intestato* = sotto la rubrica 37, che sembrano meritare una totale abolizione, essendo ambidue l'origine di continui inconvenienti, specialmente fra la gente di bassa condizione, e rustica, e molte volte fra la gente colta in caso di morte immatura, e repentina; ed essendo occasione di grave pregiudizio per le donne.

§. 3. Limita il primo l'arbitrio ai testatori di disporre delle loro libere facoltà a loro piacere, annullando i testamenti, nei quali l'erede istituito non fosse un'agnato, volendo in tal caso, che l'eredità sia aggiudicata all'agnato medesimo, a preferenza di qualunque altro; così pure vuole, e prescrive, che nell'eredità libera da vincoli di un'agnato, uomo, o donna che sia, ed intestata siano preferiti gli agnati maschi, e loro discendenti ad esclusione delle figlie femmine, quali debbano esser contente della sola dote, e quante volte non fossero già dotate non possano conseguire che la sesta parte della eredità a titolo di legittima da dividersi per egual porzione fra tutti quei, che possono aver diritto alla legittima, e gli alimenti da tassarsi, nè possono essere reintegrate alla successione, se non dopo mancata la discendenza masculina agnatizia. Più strettamente il secondo, rubrica 37, dispone delle eredità intestate in pregiudizio delle figlie femmine, mentre stabilisce, che esse, e tutte le altre, madre, sorelle, o siano ascendenti, e discendenti, o trasversali sì in linea masculina, che femminina, e tutte le agnate, e cognate restino escluse, non solo dai fratelli maschi, ma anche

Dispositio statuti vigentis in terra Civitatis novæ.

Dat. die
29 julii
1804
anno V.

R. P. D. auditor sanctissimi chirographum exequendum recepisse declarat.

dagli ascendenti, e trasversali maschi sino al terzo grado, riservando loro la sola dote, o la successione alla madre nella legittima, quando non siano già da essa dotate, ed essa superstite non lasci figli maschi, quali superstite, vuole, che della legittima conseguir debbano la sola metà; e finalmente dispone, che della eredità di un figlio, e figlia intestata, la madre, e nonna paterna sopravvivendo, debbano ciascuna avere la metà della legittima. Bene spesso addiviene, come prosiegono ad esporci i ricorrenti, che molti ignoranti, e rustici non intesi di queste statutarie disposizioni, e persuasi, che le loro figlie femmine ereditar debbano quelle poche sostanze, che con i loro sudori hanno acquistate, se ne possono senza testamento, e restano così essi, e le loro povere figlie, e nipoti femmine deluse, ed in miseria, venendo ad esse tolta la paterna eredità da un qualche agnato, e trasversale maschio; e lo stesso accade anche fra le persone colte in caso di morte immatura, o repentina con grave pregiudizio delle famiglie, che perciò rendono disagiate, ed anche non rare volte miserabili.

Reformationes propositae a consilio municipalibus.

§. 4. Essendosi pertanto dalla intera popolazione di Civitanova giudicate queste statutarie disposizioni troppo esorbitanti, e lontane dalla equitativa disposizione del gius comune, quando non si vogliono dire affatto opposte al diritto naturale, il consiglio generale tenuto li 10 aprile 1796, e ripetuto li 26 novembre 1802, e nuovamente sotto li 10 marzo anno corrente 1804, facendosi un carico delle replicate istanze, e ricorsi avuti da molti in varj tempi, e replicati dopo la ripristinazione del pontificio governo, e per detto consiglio li nominati Pietro Scocciacampagna, ed Alessandro Frisciotti deputati eletti a quest' oggetto sonosi fatti coraggio di ricorrere a Noi, umilmente supplicandoci a volerli degnare di togliere, ed abolire le dette due statutarie rubriche, e capitoli tanto esorbitanti, e pregiudizievole per le femmine, ed a questi sostituire il nuovo capitolo, e rubrica distesa, previo il consulto di più uomini esperti nelle materie legali, quale colla risoluzione consigliare del 10 marzo anno corrente ci è stata umiliata in autentica

forma, concepita nei seguenti termini, cioè = De successione ab intestato = patre, vel matre, vel quovis alio ascendente decedentibus ab intestato, donec, et quoadusque filii masculi, nepotes, pronepotes, et alii quicumque descendentes masculi agnati supererint, sive ex legitimo matrimonio sint procreati, sive legitimati per subsequens, aut per rescriptum, hi succedant in universa illorum hereditate, exclusis feminis per modum regulæ, quæ si dotata non fuerint, legitimam dumtaxat, loco dotis consequentur. At ubi deficient prædicti masculi, quorum favore fuerint feminæ exclusæ, eas, earumque filios descendentes in omnibus iuribus, et integra successione restituamus; nulla temporis obstante præscriptione, renunciatione, quietantia. Ordinem huic fere similem in collateralium intestatis hereditatibus servari volumus, itaut feminæ ab iis omnimode, et in quacumque parte censeantur exclusæ, quoties masculi existant pari gradu proximitatis defuncto conjuncti; vel eorum filii, nepotes, pronepotes, et alii quicumque descendentes masculi; correlative vero ad easdem collaterales hereditates vocatæ, ubi nullus ex dictis masculis suppetat. Cæterum quoad ascendentium intestatas successiones in bonis filiorum absque prole decedentium, eas censuræ juris communis subicimus, unico excepto casu, quo ascendens ad hujusmodi successione ex jure dispositione vocatus ad secunda vota transierit, quia tunc statuimus, legitimam dumtaxat in bonis filiorum hoc modo decedentium eum posse repetere; reliquum assem attribueat proximatoribus eorundem conjunctis juxta sexus prærogativam in collateralium successione superius distinctam = Et hujus nuperimæ sanctionis vigore nullius roboris ab hinc erunt considerandæ rubrica 28 lib. 2, et postrema lib. 5 hujus Novani statuti quoad successiones ab intestato delatas.

§. 5. Qual supplica essendo stata da Noi per mezzo vostro rimessa al reverendissimo cardinal arcivescovo di Fermo, perchè ci avesse informati sulla rappresentanza fattaci, e manifestato insieme il proprio sentimento, uditi coloro, che vi avessero interesse; egli col mezzo similmente

Votum ad rem panditum ab archiepiscopo Firmano.

vostro; confessando, che l'oggetto della proposta istanza merita tutta la riflessione, perchè trattasi di pubblica utilità, che riguarda la popolazione intera del rispettabile comune di Civitanova, ci ha riferito, che rinato in Italia nel secolo decimosecondo dopo la famosa scoperta delle pandette il diritto Romano, tutte le città Italiane, le terre, i castelli presi si videro da un generale ardente trasporto, che si comunicò a quasi tutta l'Europa, di formarsi sull'esempio dei ritrovati codici una particolar legislazione adattata alle circostanze, al governo, agli usi, alle abitudini, ed agli interessi di ciascuno; quindi è nata quella moltitudine di statuti, e leggi municipali, di cui tanto abbondava la nostra Italia. La successione intestata fu uno di quei grandi capi, intorno ai quali si esercitarono le nuove vedute, e le providenze dei statuti; e siccome era una volta piaciuto a Giustiniano di adottare l'abolizione dell'antica preferenza, che sul fondamento delle dodici tavole davasi all'agnazione, così piacendo ai nuovi giureconsulti statuenti di reintegrare la preferenza abolita, diedero di mano a riformare da per tutto questa parte importante di legislazione, e di favorire quanto più si potesse gli agnati; il trasporto però per questo favore non fu in tutti eguale, e perciò i diritti dei quali aveva Giustiniano colmate le donne, e i discendenti, sebbene universalmente attaccati, lesi, e dilacerati, non lo furono però da per tutto egualmente. Ci ha riferito ancora, che senza entrare nelle gradazioni diverse di una tal lesione, sembra, che il grado quasi estremo di essa, che si accosta ad una vera strage, in quei statuti si trovi, dove il favor dell'agnazione fa tacere affatto le voci del sangue, della natura, della pietà, dell'equità, e della ragione; avverte quindi, che la inveterata opinione generale, e dominante, che i padri insieme colla trasmissione del nome, lo che solo è certo, trasmettano ancora ai secoli avvenire per il mezzo de' soli maschi la loro sostanza, e che continuino dopo anche la morte a quasi vivere in essi soli, lusingando la tendenza, ed il desiderio dell'immortalità ingenito nell'uomo, può meritare di essere rispettata, ed

Bull. Rom. Tom. XII. F. 76

i diritti delle femmine, che vogliono considerarsi come il termine delle famiglie, donde sono uscite, e buoni soltanto a dare incominciamento ad una nuova linea femminile nella famiglia a loro estranea, nella quale entrano, potrebbero altresì essere sacrificati ad una tale opinione, ma questo rispetto, o sacrificio, che deesi alla opinione, ed alla conservazione del nome, non dovrebbe certamente far del tutto obliare i riguardi, che richiama sempre il sangue, e la natura, le voci della quale come sanse, e salutarie altresì all'ordine politico, meritano di essere ascoltate; onde se s'incontrano dei statuti, che per soverchio favore dell'agnazione, danno in quell'estremo di dimenticare quasi affatto le voci del sangue, e non curarsi della tranquillità delle famiglie, presentandosi l'occasione opportuna di riformarli col secondare i desiderj di un'intera comune, che ne sospira la riforma, e del cui interesse solamente si tratta, sembra che degni siano questi voti di essere benignamente esauditi. Tale è, come prosiegue a riferirci lo stesso reverendissimo cardinal arcivescovo, la condizione presente dello statuto di Civitanova intorno alle successioni principalmente intestate, essendo esse uno di quei, che per troppo favorire gli agnati han messo in dimenticanza i naturali dettami; per lo che i nuovi magistrati a nome di tutta la comune ardentemente richiedono di potere almeno per qualche grado riaccostarsi senza molto toglier per altro ai riguardi, che finora sonosi avuti per l'agnazione. Analizzando poi egli la statutaria disposizione in quella parte, che si vuole abolita, ci ha rimarcato, che lo statuto non contento di coartare sotto la rubrica 28 le ultime volontà dei testatori, annullando le disposizioni medesime testamentarie, se l'erede istituito non è dell'agnazione, e aggiudicando la eredità all'agnato a preferenza di qualunque altro istituito, passa a prescrivere, che nella eredità intestata di un'agnato uomo, o donna che sia, vengano preferiti gli agnati maschi, e loro discendenti ad esclusione delle figlie femmine, quali contentar si debbano della sola dote, e quante volte non fossero già dotate, non possano conseguire, che la sesta parte

della eredità a titolo di legittima da dividersi per egual porzione tra tutti quei, che possono aver diritto alla legittima, o gli alimenti da tassarsi, nè possano essere reintegrati alla successione se non dopo mancata la discesa masculina agnatzia. Più strettamente poi alla rubrica 37., come ci è stato già dagli oratori rappresentato, si dispone delle eredità intestate in pregiudizio delle femmine; mentre si stabilisce, che le figlie, e tutte le altre donne ascendenti, e discendenti, trasversali sì di linea masculina, che femminina restino escluse non solo dai fratelli maschi, lo che sarebbe soffribile, ma ancora dagli ascendenti, e trasversali maschi fino al terzo grado, riservando loro la sola dote, o la successione alla madre nella legittima, quando non siano già da essa dotate, e che superstiti non lasci dei figli maschi, che se questi vi siano, della legittima conseguir non debbano, che la sola metà, e finalmente si dispone, che della eredità di un figlio, o figlia intestata, la madre, nonna paterna, sopravvivendo, debbano ciascuna avere la metà della legittima.

Reformatio-
nes ab eodem
archiepiscopo
propositae.

§. 6. Passa poi esso reverendissimo cardinal arcivescovo a ragionare sulla riforma, e nuova rubrica, come sopra proposta per farne la surrogazione, e riferisce, che tutte le mire degli attuali consiglieri, e della comune di Civitanova altro non sono, che di togliere la soverchia odiosità, che presentano le disposizioni dell'antico statuto, lasciando intatte le prerogative discrete, o almeno soffribili, delle quali ha finora goduta l'agnazione, essendo ad essi grave il vedere, che le figlie femmine di un padre, il quale o per ignoranza dello statuto, lo che facilmente si avvera nella moltitudine, o perchè non abbia prima di morire provveduto col testamento al loro interesse, restino affatto prive delle paterne sostanze, e debbano vederle passare nelle mani di lontani congiunti, i quali nemmeno pensavano a conseguire quei beni, che punto non cooperarono al loro acquisto, e che dalle leggi medesime son tenuti in conto di estranei. Gli esempj, soggiunge egli, di tali figlie, che rimangono desolate, e che costrette sono a chiedere dei soccorsi per carità da quei remoti congiunti,

che del patrimonio del loro padre divenuti sono possessori, hanno scosso colla loro frequenza la sensibilità di quella popolazione, che implora in oggi il rimedio opportuno a tali sconcerti, avuto anche riguardo alla tranquillità delle famiglie. E qualora si obiettasse contro la grazia, che s'implora, che il nostro tribunale della rota tutte le volte, che ha dovuto spiegare il suo sentimento in riguardo a tali statuti esclusivi delle figlie femmine nelle successioni intestate, ha inclinato in quella opinione, che li dichiara favorevoli, e non odiosi nel concorso ancora delle medesime con i maschi agnati di linea trasversale, e più remoti di grado, ci ha fatto esso reverendissimo cardinal arcivescovo riflettere, primo, che quando il detto tribunale ha dichiarato favorevoli tali statuti, ha aggiunto, che almeno non sono odiosi *odio irrationabili* in favore dell'agnazione, secondo, che questa dichiarazione di favorevoli, e non odiosi, non è, se non che in rapporto ai diversi effetti, che un tal riguardo produr potrebbe nelle decisioni degl'interessi delle private famiglie, supponendo già emanate, e vigenti le statutarie disposizioni, e lasciando sempre intatta l'altra questione, se sia poi più degna del favore del principe una disposizione conforme al gius comune, quando o debba assolutamente crearsi di nuovo, o anche quando sia correttoria di una disposizione non conforme al detto diritto già fatta; terzo che i statuti più uniformi al diritto comune, ed alla voce del sangue non siano almeno molto più favorevoli dei suddetti statuti esclusivi; quarto, che la rota medesima ha voluto, che tali statuti, come contrarij al gius comune, ricevessero ad esempio delle materie odiose la più stretta interpretazione, e non si potessero nemmeno per poco estendere *etiam ex identitate rationis, neque de casu ad casum, neque de persona ad personam*; quinto, che intorno al dirsi favorevoli, o odiosi tali statuti, gran dibattimenti, dispute, e questioni vi sono state, e vi sono tuttavia tra i giurisperdenti, non mancando di quei, che li tacciauo d'ingiusti, d'iniqui, d'inumani, quando al contrario unanime è di tutti i dottori, e tribunali la voce, che le di-

sposizioni per le successioni, che sono conformi al diritto comune, sono per se medesime più favorevoli, e che niente hanno d'ingiusto, d'iniquo, d'innano secondo la natura; sesto, che il più gran fondamento della rota nel dichiarar favorevoli quei statuti, che favoriscono l'agnazione in pregiudizio delle femmine si è, perchè essi vanno a seconda dell'opinione comune degli uomini, e che sono da essi posti in pratica frequentemente, dal che ne segue, che quando cominciano a sembrare nocivi a questi uomini medesimi, che li hanno stabiliti, secondar si deve questa nuova opinione; settimo, che è cosa estranea l'entrare nell'esame di tutti i rapporti o fisici, o economici, o politici, sotto i quali possono riguardarsi tali statuti per dichiararli o no, degni di favore. Le dispute potendo essere interminabili, duopo è fermarsi in questo punto fisso, che nello stato Ecclesiastico attuale politico, il gius comune è quello di Giustiniano, e perciò qualunque disposizione, che vi si conforma, è più d'accordo coll'ordine politico, e deve perciò aversi per la più degna di favore; ottavo che al detto rapporto legale si unisce il morale, giacchè le voci del sangue, molto più si accordano colle disposizioni inclusive delle femmine, che colle esclusive; nono finalmente, che le disposizioni più conformi alla natura son quelle, che deggiono riputarsi anche le più utili, e vantaggiose per la economia, e per la politica. A tutti questi riflessi crede il prefato reverendissimo cardinal arcivescovo doverne aggiungere degli altri, e sono cioè primo, che il desiderio del cambiamento, e la supplica sul medesimo proviene da quegli istessi, che ebbero già l'autorità di statuire, e che quasi da se medesimi stabilirono a se stessi la legge; secondo, che lo statuto, di cui ora s'implora la riforma ebbe bisogno dal principio per la sua validità di una grazia del principe, che l'approvasse, perchè in dissonanza col diritto comune; terzo, che in conseguenza la grazia, che ora si domanda, altro non è, che quella di una deroga ad una grazia antica; quarto, che l'antico statuto non ottenne dal principe, se non se un'approvazione, o conferma, che

si chiama in forma comune, e non già specifica, per cui sembra più facile il derogarvi. Ed in vista di tutto ciò, pare a detto reverendissimo cardinal arcivescovo, che la surrogazione della nuova rubrica, come più coerente al gius comune, ai dettami della natura, ed ai voti della popolazione, debba aver luogo coll'abolizione delle vecchie rubriche, in quanto sono contrarie alle disposizioni della nuova.

§. 7. Noi dunque intesa avendo la prenarrata informazione, e voto e volendo in vista delle cose di sopra esposteci usare verso dei ricorrenti gli atti della Nostra paterna clemenza, siamo benignamente condiscesi ad accordar loro la richiesta grazia, come in appresso. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato l'intero tenore dello statuto locale di Civitanova, e specialmente dei capitoli, o siano rubriche, che si vogliono abolite, o riformate, cioè della rubrica 28. del libro 2. sotto il titolo *de testamentis, successioneibus ab intestato, et de muliere dotata*, e della rubrica 37 o sia ultima del libro 5. sotto il titolo *de successioneibus ab intestato* semplicemente, e così di quell'apostolico sovrano indulto, da cui è stato lo statuto medesimo con tutti i suoi capitoli, e rubriche generalmente approvato, come anche il tenore delle accennate risoluzioni consiliari della comune di Civitanova, ove a replicati generali ricorsi di quella popolazione, si è stabilito d'implorare l'abolizione delle suddette rubriche, e la surrogazione dell'altra, il di cui tenore viene come sopra letteralmente trascritto, e di ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi; esimendo, e preservando primieramente Noi colla pienezza della Nostra suprema potestà qualunque dei supplicanti, e consensienti da ogni qualsivoglia pena, nella quale per il ricorso fattoci per impetrare, ed ottenere la presente grazia, e per avere alla medesima respettivamente acconsentito, o per essersene serviti, e fatto in sequela verun'atto in qualsivoglia modo alla volontà dei statuenti, e delle passate sovrane disposizioni, da chicchesia persona, ancorchè privilegiata, e privilegiatissi-

Tenor decretæ reformationis in posterum servanda.

ma, ecclesiastica, e luogo pio, e di special nota degna, si pretendesse, di esser' egli no incorsi, o che potessero incorrere in futuro, per quanto però si esprime nel presente Nostro chirografo, sua esecuzione, e total' effettuazione della presente grazia, e non altrimenti; di Nostra certa scienza, e similmente colla pienezza della Nostra suprema potestà, vi ordiniamo di dichiarare in nome Nostro, conforme Noi dichiariamo essere Nostra volontà, che dallo statuto di Civitanova siano, e debbano intendersi, dalla pubblicazione del Nostro presente indulto, assolutamente cassati, tolti, ed aboliti li suddetti capitoli, e rubriche, cioè la vigesima ottava del libro secondo, e la trigesima settima, o sia l'ultima del libro quinto, ed in luogo delle medesime venga surrogato il capitolo, o sia nuova rubrica dagli oratori proposta nel generale consiglio di detta comune di Civitanova celebrato li 10 marzo corrente anno 1804., e dal consiglio medesimo accettata nei sovra espressi termini, come è stata nel presente chirografo trascritta, ove in sostanza per la successione intestata dei discendenti si stabilisce, che fintantochè vi sono figli maschi, o nipoti, o pronipoti, o altri qualunque siano discendenti maschi, ed agnati, debbano succedere in tutta la eredità del padre, o madre, o altro ascendente qualunque, escluse le femmine per modo di regola, le quali, se non siano state dotate, debbano avere la sola legittima in luogo di dote; mancando però i detti discendenti maschi, in favore de' quali sono soltanto escluse le femmine, non debbano già venire altri agnati maschi trasversali, o ascendenti, ma le femmine già escluse, e i loro figli, e discendenti siano reintegrati alla intiera successione. Per quella poi dei collaterali, o trasversali nelle eredità similmente intestate si stabilisce un' ordine somigliante, in maniera che le femmine restino da tale successione escluse, quante volte esistono de' maschi in pari grado congiunti col defonto, o i loro figli, nipoti, pronipoti, o altri discendenti maschi; ma questi non esistendo del suddetto grado, vengano alle dette eredità chiamate le femmine; e finalmente rapporto all' intestate successioni degli ascendenti si

dispose, che morendo i figli senza prole le loro eredità debbano appartenere a chi vi è chiamato per disposizione del diritto comune, aggiungendosi unicamente, che se l'ascendente così chiamato passi alle seconde nozze, non possa conseguire nei beni dei figli, che la sola legittima, dovendosi il rimanente dell'eredità attribuire al più prossimi congiunti, secondo però la prerogativa del sesso di già spiegata nelle successioni collaterali, qual nuova rubrica in surrogazione delle suddette due, che vengono cassate, ed abolite vogliamo, ed espressamente comandiamo, che con tutte le altre parti del medesimo statuto non contrarie alla presente Nostra ordinazione debba pienamente osservarsi, eseguirsi, ed adempirsi in ogni futuro tempo. Così volendo, ed ordinando Noi, senza che possa fare il minimo ostacolo la volontà espressa degli antichi statuenti, nè qualunque sovrana sanzione approbatoria del medesimo statuto, cui nella parte, e parti, che soltanto fossero contrarie al Nostro presente indulto, come a qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario per il suddetto effetto unicamente intendiamo di derogare. In esecuzione pertanto del presente Nostro chirografo ne pronuncierete qualunque decreto, concederete in nome Nostro le opportune facoltà, e farete tutt'altro, che pel totale adempimento, perpetua fermezza, e sussistenza di questa Nostra grazia, stimerete essere in qualsivoglia modo spediente, e necessario: essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

§. 8. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, quantunque non esibito, nè registrato in camera, e ne' suoi libri non possa mai darsi, nè opporsi orazione, o sorrezione, nè di alcun altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnato, moderato, o revocato, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale benchè collegiale, congregazioni anche de' reverendissimi cardinali, camerlengo di Santa Chiesa, vescovi, e governatori pro

Clausula salutare, et irritante.

tempore della Nostra città di Fermo, di Civitanova, e di tutta la Nostra provincia della Marca, tesoriere, ruota, camera, e qualunque altro; togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario; dichiarando Noi sin d' adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo che valga, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non vi siano state particolarmente intese, o citate qualsivoglia persone ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, e luoghi pii, che vi avessero, o pretendessero avervi alcun' interesse, e che per comprenderle, facesse bisogno di speciale, ed individua menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non ostante la volontà di chi ha anticamente formato lo statuto particolare di Civitanova, e li detti due capitoli, o rubriche, che vengono ora, come sopra, cassate, ed abolite, e qualunque sovrana legge, e sanzione approbatoria del medesimo statuto, nella parte, e parti, che soltanto fossero contrarie al Nostro presente indulto; come pure non ostanti la bolla di Pio IV. di sa. mem. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, ed altre qualsivoglia costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini; e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro pa-

lazzo apostolico al Quirinale questo dì 29 luglio 1804.

PIUS PP. VII.

§. 10. Volentes itaque *inuncta* Executio Nobis ab eodem sanctissimo domino Nostro papa debitæ executioni demandare: utendo facultatibus Nobis in ipso chirografo tributis, præfati sanctissimi domini Nostri papæ nomine approbamus resolutionem captam in consilio generali dictæ communitatis habito *sub die x. martii proxime præteriti* super reformatione statuti localis quoad *successionem mulierum*, et ad tramites hujus resolutionis cassari, et deleri mandamus *utrumque capitulum*, seu *rubricam vigesimam octavam libri 2.*, ac *postremam*, sive *trigesimam septimam libri 5.* dicti statuti, eisque subrogari *novam rubricam in dicto generali consilio propositam*, ac *generaliter acceptam* juxta illius tenorem in pontificio chirographo expressum, eamque novam rubricam cum omnibus aliis statuti partibus huic indulto non contrariis perpetuo servari, et exequi volumus, quo supra nomine, ac mandamus. Cum præservationibus, exemptionibus, et aliis in dicto chirographo fusius expressis, et juxta illius formam, seriem, ac tenorem. Non obstantibus eodem statuto, ac suprema quacumque sanctione illius approbatoria, in parte, et partibus tantum huic indulto contrariis, constitutionibus apostolicis, legibus, statutis, et aliis, quibus idem sanctissimus dominus Noster papa in suo præinserto chirografo amplissime, atque expresse derogavit. Datum Romæ ex ædibus nostræ residentie in via Cursus hac die trigesima prima julii millesimo octingentesimo quarto.

A. Lacchini auditor

Loco † sigilli

Ita est Franciscus Ruggieri caus. cur. cam. apostolicæ ac r. p. d. auditoris sanctissimi notarius

Loco † signi

Dat. die
30 julii
1804.
anno V.

CCCVII.

Restitutio Societatis Jesu in regno
utriusque Siciliae.

Dilectio filio Gabrieli Gruber presbytero, superiori, ac praesidi generali congregationis Societatis Jesu in imperio Rossiaco.

Pius PP. VII.

Dilecte fili,
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Memoratur
restitutio ejusdem
congregationis facta
in Rossiaco
imperio.

§. 1. Per alias Nostras in forma brevis datas literas die vii. martii MDCCCI petente serenissimo Paulo I., tunc totius Rossiae imperatore, justisque de causis animum Nostrum moventibus, praevia ad infrascriptum tantum effectum derogatione similium in forma brevis literarum Clementis XIV. praedecessoris Nostri incipien. = *Dominus*, ac *Redemptor* = super suppressione, ac extinctione regularis ordinis Societatis Jesu datarum die xxi. julii anni MDCCCLXXIII, presbyteris secularibus in imperio Rossiaco degentibus, qui novae congregationi Societatis Jesu adscribi vellent, facultatem dedimus in unum corpus sese uniendo, adunandi, et conjungendi, sacramenta de consensu ordinariorum administrandi, juventutem bonis moribus, ac liberalibus disciplinis imbuendi, et sub regimine tunc in humanis degentis Francisci Kareu superioris, ac praesidis generalis hujusmodi congregationis, a Nobis ad Nostrum, et Sedis apostolicae beneplacitum deputati, intra fines dumtaxat imperii Rossiaci vivendi juxta regulam sancti Ignatii a fel. rec. Paulo III. praedecessore Nostro suis constitutionibus confirmatam, et approbatam, prout in iisdem literis latius continetur.

Preces potrectae a rege Siciliae pro obtinenda praefati restitutione in ejus regno.

§. 2. Nuper vero carissimus in Christo filius Noster Ferdinandus, utriusque Siciliae, et Hierusalem rex illustris, exponi Nobis fecit, videri sibi, maxime in praesentium temporum circumstantiis, profuturam ad regni sui juventutem bonis moribus informandam, ac rectis salutariisque doctrinis instruendam,

si quemadmodum in Rossiae imperio, ita in suis dominiis constitueretur eadem congregatio Societatis Jesu, sub ipsa regula sancti Ignatii a praefato Paulo III. pontifice confirmata, inter cujus praecipua munia sodalibus eidem adscriptis incumbentia, illud recensetur, adolescentes, aut in collegiis altos, aut in publicis gymnasiis congregatos instruendi, ac erudiendi.

§. 3. Nos igitur dicti Ferdinandi regis vota suorum subditorum spiritualem, ac temporalem utilitatem praeserentia, ac majorem Dei gloriam, et animarum Christi fidelium salutem in primis respicientia, pro pastoralis Nostri officii debito, benigno animo excipientes, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praefatas Nostras apostolicas in forma brevis literas pro imperio Rossiaco datas, ad regnum utriusque Siciliae extendimus, ideoque facultatem tibi concedimus; et impertimur, ut sive per te, sive per dilectum filium Cajetanum Angelini antedictae congregationis procuratorem generalem, omnes, et singulos, qui in utriusque Siciliae regno congregationi hujusmodi, quae Petropoli, ac imperio Rossiaco auctoritate Nostra per supradictas in forma brevis literas constituta existit nomen dare velint, eidem congregationi unire, ac conjungere intra fines regni utriusque Siciliae libere, ac licite possis, et valeas. Hos autem in una, seu pluribus domibus congregatos, ac sub tua, et pro tempore existentis praepositi generalis juxta primigeniam s. Ignatii regulam a Paulo papa III. praedecessore Nostro suis apostolicis constitutionibus confirmatam obedientia viventes, ut pariter intra fines utriusque Siciliae ad puerorum institutionem in catholica religione, ac bonis moribus, et disciplinis incambere, collegia, et seminaria regere, itemque christifidelium confessiones excipere, verbum Dei annuntiare, et sacramenta administrare respectivis locorum ordinaris adprobantibus, et consentientibus, libere, et licite similiter posse decernimus, et declaramus, eosdemque, ac domus, collegia, et seminaria, sic ut praefertur erigenda, congregationi Socie-

Tenor concessionis

tatis Jesu in Rossiaco imperio constitutæ unimus, atque adgregamus, et sub Nostra, et Sedis apostolicæ immediata subjectione, et protectione recipimus.

Reservationes
speciales.

§. 4. Reservantes Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus ea decernere, ac præscribere, quæ ad societatem ipsam firmandam, et communiendam in Domino noverimus expedire; quemadmodum etiam in præmemoratis Nostris literis die vii. martii MDCCCL. quas hic pro expressis haberi volumus, Nobis, et successoribus Nostris reservavimus.

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irri-
tans.

§. 5. Decernentes has Nostras præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces fore, et esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus quibuscumque ordinationibus, et constitutionibus apostolicis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, et indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, ac illis præsertim Clementis XIV. incipien. = *Dominus, ac Redemptor* = sub annulo piscatoris expeditis die xxi. julii MDCCCLXXIII., in iis dumtaxat, quæ præsentibus Nostris contraria sunt. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenore præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, et de verbo ad verbum inserto habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum tantum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque.

Fides habenda
transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut eorundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIX.

Dat. die
30. julii
1804
anno V.

Erectio duorum collegiorum alterum in Hispalensi, et alterum, in Pacensi respective civitatibus.

Pius episcopus
Særvus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **Q**uo charissimum in Christo filium Nostrum Carolum Hispaniarum regem catholicum, ut in orthodoxæ fidei præceptis imbuatur juvenus magis diligentem ac sollicitum esse videmus, eo majori studio a Nobis curari decet, ut media non desint ad populos, quos ipse Carolus rex sibi subditos habet, in catholica religione, ac bonis artibus opportune instruendos.

Proemium.

§. 2. Cum itaque sicut idem catholicus rex per dilectum filium equitem Antonium de Vargas y Laguna, ejus apud Nos et apostolicam Sedem plenipotentiarium administrum exponi Nobis fecit retroactis temporibus fundata existerent quatuor in civitate Salamantina collegia majora nuncupata sub sancti Bartholomæi, et archiepiscopi, atque Ovetensis, et Conchensis respectivis denominationibus, ac alterum collegium majus sub titulo sanctæ Crucis in civitate Vallisoletana, quibus et ultimodicti bibliothecæ fructus, et redditus, et proventus, videlicet unius, et alterius villæ del Proencio, ac alterius sancti Martini de Cuenca, alterius di Beleta, ac alterius de Pojatos, ac alterius in sancti Salvatoris, sanctæ Mariæ, et sancti Nicolai villæ di Requena respective parochialibus cum eorum tribus annexis di Candete, Caizes, de Mira, Camporobles, omnes in diœcesi Conchensi, nec non alterius di Palacios Rubios, et novem reliqui beneficii sancti Bartholomæi respective nuncupat, perpetuorum simplicium et personalem residentiam non requirentium beneficiorum ecclesiasticorum in diœcesi Salamantina, ejusque territorio, parochialibus, seu aliis etiam respective ecclesiis terrarum, seu locorum prædictorum, supradicto sancti Bartholomæi, aliorum vero, vulgo Prestani, sancti Mathæi di Xerez, al-

Expositio præ-
cum.

terius de Castilblanco, alterius di Almaden, et Alanis in Hispalensi diocesi; ac aliorum vulgo Prestamere de Lillo et Villatobas, alterius di Munera, ac aliorum cum portione Prestaminum di Pinto, Parla, Alcorcon, Alcorendas, et sancti Sebastiani, quæ in civitate Matrili administrantur in Toletana diocesi, ac alterius de Aldeanueva, ac aliorum vulgo Prestami del Manzano, et del Lugar de Xecinos in diocesi Salamantina, respective etiam perpetuorum, simplicium et personalem residentiam pariter non requirentium beneficiorum ecclesiasticorum respective nuncupatis etiam parochialibus, seu aliis pariter respective ecclesiis supradictarum terrarum, seu locorum, itemque duorum novenniorum decimarum villæ del Torrico in territorio de Propesa in Abulensi similiter respective diocesi, antedicto. Archiepiscopi illorum autem di Moron Lebriza, Sanlucar de Barrameda, y Villalva in diocesi Hispalensi, et della Bellez y Beleuna respective etiam perpetuorum simplicium, dictamque residentiam similiter non requirentium beneficiorum ecclesiasticorum in Salamantina diocesi; nec non vulgo Prestami di Lóches, et Ornachuelos in diocesi Cordubensi similiter parochialibus seu aliis respective ecclesiis, terrarum, sive locorum supradictorum supradicto Ovetensi; ac alterius in villa sancti Clementis, et vulgo Prestamera della Roda, nec non media in sanctissimæ Trinitatis, sanctæ Mariæ, et sancti Jacobi villæ de Alcaron respective parochialibus ecclesiis diocesis Conchensis, quæ in præfata villa sancti Clementis administrantur, quartodicto Conchensi. Demum aliorum sanctæ Mariæ Magdalensæ, de dos Hermanos; sancti Blasii de Carmona, s. Philippi etiam de Carmona, et vulgo la Campana, ac sanctæ Mariæ de Ecisa, sanctæ Mariæ de Arcos, sanctæ Mariæ, et sancti Petri, sancti Lucæ La Mayor, et Xerena cum suis annexis, nec non vulgo Prestamere di Azualcazar, sancti Benedicti del Alamo Moquer y Palos Gibralcon; cum annexis, Villepovæ del Rio, cappella beatæ de Marchena, et vulgo los dos Cortisos de Carpia, y Parcana, omnes in Hispalensi diocesi,

ac aliorum di Yuncos, Olias, sanctæ Mariæ de Alcazar y Torres, et vulgo Prestamo Campi Regalis, ac unius in Torre Laguna, alterius in Colmenar Vieso, et reliquum in Fuente-Laencina omnes in diocesi Toletana; nec non aliorum sancti Andree, sanctæ Crucis, sancti Michaelis vulgo di Molina, Torrubia, Culas, Corduente, Torremochuela, Pradilla, Terzaga, Terzaguilla, Pinilla Paralesos, Las Cuebas de Ayllon, Turmel, Baruelos, Valdeacqua, Picaro, Puusaresos, Morauchel, el Sotillo, Barrio Pedro, Ontanares, el Villar Penarrubia, Mambrive y el Peral, omnes in diocesi Seguntina, ac alterius de Gallegos, et duorum illi annexorum Eipesa et Sexusivo in Civitatensi diocesi, ac reliqui similiter respective perpetuorum simplicium beneficiorum ecclesiasticorum, dictamque residentiam non requirentium de Villa Bolaños in Legionensis provinciæ Compostellana diocesi, parochialibus pariter, seu aliis respectivis ecclesiis terrarum, seu locorum supradictorum, qui omnes ultimo dicto sub titulo sanctæ Crucis Vallisoletanæ una cum bibliotheca prædicta respective collegiis, ut præfertur, olim existentibus antea applicati respective reperiebantur, ne ob collegiorum huiusmodi deficientiam aliquod in posterum juvenus patiatur detrimentum, ipse Carolus rex animo sibi proposuit duo nobilium adolescentium seminaria, unum in Hispalensi, ac alterum in Pacensi respective civitatibus ad formam seminarij nobilium Matrili existentis de novo erigere atque instituire, ad hoc ut ab ineunte ætate, nobiles juvenes in amplissimis Hispaniarum regnis orti, catholicæ religionis præceptis imbui, ac literarum studiis vacare, virtutibusque dare operam possint, atque hac ratione in pietate, ac scientiis prima ætate transacta non solum ad sua propria recte gerenda, sed etiam ad rerum omnium bonam administrationem aptissimi evadant, ac privatis, publicisque officiis operam dando, non parum valeant familiis et statui afferre utilitatis. In id vero apprime conducet si fructus, redditus, et proventus omnium et singulorum supradictorum beneficiorum ecclesiastico-

rum præfatis duobus seminariis noviter erigendis, ut infra, assignarentur, atque applicarentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ab universæ domus Dei specula longe lateque prospicientes, quantam catholicæ Ecclesiæ utilitatem, atque ornamentum afferant, sacrarum, bonarumque artium studia, per quæ depulsa ignorantie caligine hominum mentes luce veritatis illustrantur, ejusdem Caroli regis votis libenter consulere volentes, omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, ut supra jam distincte expressorum fructus, redditus, et proventus in quacumque re consistentes, et undecumque provenientes duobus nobilium seminariis prædictis, noviter, ut præfertur, erigendis, modo tamen et forma a Nobis infrascripto presentium Nostrarum literarum exequutori inferius designatis ex nunc, et in posterum perpetuis futuris temporibus applicamus et assignamus: ita ut liceat futuris et pro tempore existentibus eorundem seminariarum noviter erigendorum rectoribus, sive administratoribus, aut eorum procuratoribus fructus, redditus, et proventus prædictos, ac jura, obventiones, et universa emolumenta ex beneficiis eisdem provenientia, percipere, exigere, levare, ac supportatis, si qui sint, illorum respectivis oneribus in eorundem collegiorum commodum, et utilitatem convertere libere, et licite possint, et valeant. Dilectum propterea filium Nostrum Ludovicum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem De Bourbon nuncupatum archiepiscopum Toletanum, et archiepiscopalis ecclesiæ Hispalensis administratorem in presentium literarum Nostrarum exequutorem eligimus, eique committimus, et mandamus, ut collatis cum laudato Carolo rege consiliis, omnes et singulos antedictorum beneficiorum ecclesiasticorum fructus, redditus, et proventus inter duo euncta nobilium seminaria, in Hispalensi, et Pacensi civitatibus erigenda ita dividat, et unicuique ex eisdem seminariis applicet, atque assignet, pro ut magis ad ipsorum congruam manutentionem expediens futurum judicaverit, ad quem effectum eidem omnes et singulas tribuimus facultates.

§. 4. Præsentibus autem Nostris literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, seu alias quomodolibet infringi, retardari, suspendi, limitari, restringi, ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut justitiæ remedium impetrari nullatenus unquam posse, sed eas semper, et perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, et quosvis alios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et potestate, judicari, et definiiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Clausulæ salutare, et irritantes.

§. 5. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac quatenus opus sit Lateranensis concilii novissime celebrati, dismembrationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnium, et singularum supradictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis, indulgiis, et literis apostolicis quibusvis personis in genere vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singularum tenores, formas, et causas quantumvis privilegiata presentibus pro plene et sufficienter expressis ha-

Derogatio contrariorum.

bentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad præmissorum effectum specialiter et expresse derogamus, ac sufficienter derogatum esse, et censeri etiam decernimus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Earumdem denique præsentium exemplis sive transumptis manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis in prædicti Caroli regis dominiis, ac ubique eadem prorsus fides habeatur, tam in iudicio, quam extra illud, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio penalis.

§. 7. Nalli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ appropriationis, commissionis, applicationis, incorporationis, derogationis, statuti et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
3. augusti
1804.
anno V.

CCCX.

Altare privilegiatum personale pro capitulo et canonicis s. Bartholomæi Beneventanæ civitatis cum facultate benedicendi paramenta ecclesiastica.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Joseph Capobianco, alique canonici collegiatae ecclesie sancti Bartholomæi apostoli civitatis Nostræ Beneventanæ, quod ipsi tam missas sibi suisque successoribus incumbentes, quam alias ex devotione celebrandas celestium munerum, quorum dispensatione fidei Nostræ credidit Altissimus, largitione a Nobis condecorari summo opere desiderant, ac etiam licentiam benedicen-

di sacras dictæ ecclesie suppellectiles eorum aliquibus per Nos concedi. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor commissionis.

§. 2. Nos igitur ipsorum exponentium votis, hæc in re, quantum cum Domino possumus annuere volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut quandocumque moderni, et pro tempore in perpetuum existentes dignitates, et canonici ecclesie collegiatae prædictæ sacrosanctum missæ sacrificium quater in hebdomada ad quodcumque altare celebrabunt, missæ sacrificium hujusmodi animæ, seu animabus, pro qua, seu quibus celebratum fuerit, perinde suffragetur, ac si ad altare privilegiatum fuisset celebratum auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Canonici vero ejusdem ecclesie prioribus, majoribusque æditis canonicis tam nunc, et pro tempore pariter existentibus, ut ipsi vestes sacerdotales, aliaque ornamenta, et paramenta ecclesiastica ad divinum cultum necessaria, in quibus sacra uocatio non adhibetur, et in commodum memoratæ ecclesie dumtaxat benedicere libere, et licite possint et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et impertimur.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertiâ augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
7. augusti
1804.
anno V.

CCCXI.

Ut loco mozzetæ cottam supra rochetum deferre valeant in perpetuum pro archipresbytero, et canonicis collegiatae terræ Roncilionis Sutrinæ diocesis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præmium.

§. 1. **Q**uantum splendoris, et venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christi-fidelium ingerere valeant, optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non modo variis pro varietate festorum, et solemnitatum sacerdotibus suis præscripsit vestes in sacris faciendis, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, atque ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Expositio præcum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici insignis (ut asseritur) collegiatae ecclesiae sub titulo sancti Petri principis apostolorum, et sanctæ Alexandrinæ virginis et martyris terræ Nostræ Roncilionis Sutrinæ diocesis, collegiata ipsa, in qua archipresbyter dignitas, et canonici viginti existunt, templi nitore, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populique frequentia, ac devotione non mediocriter floreat, multum honorificentiae, et splendoris ad eam accederet, ac divinus cultus, fideliumque devotio majora ibi suscipere incrementa si ejusdem collegiatae dignitas archipresbyter, et canonici novis insignis, novisque decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati modernis, et pro

tempore in perpetuo existentibus, archipresbytero, et canonicis collegiatae prædictæ Roncilionis, ut ipsi loco mozzetæ, quam adhuc supra rochetum per totum anni curriculum deferre consueverunt, deinceps cottam supra ipsum rochetum æstivo tempore dumtaxat tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque archipresbyterum, et canonicos desuper a quocumque impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

CCCXII.

Dat. die
7. augusti
1804.
anno V.

Confirmatio rescripti congregationis Rituum pro civitate, et diocesi Granatensi.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**um sicut venerabilis frater modernus archiepiscopus Granatensis Nobis nuper exponi fecit, ipse pro eo, quo in sanctissimam Trinitatem, Christum Dominum pro Nobis passum, ac Deiparæ dolores afficitur devotionis affectu, eorum cultum, et devotionem in dies augeri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præcum.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur dictum exponen-
tem specialibus gratiis et favoribus
prosequi volentes, et a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, et
interdicti, aliisque ecclesiasticis cen-
suris, sententiis, et pœnis quovis
modo, et quacumque de causa lit-
tis, si quas forte incurrerit, hujus
tantum rei gratia absolventes, et ab-
solutum fore censentes, supplicatio-
nibus ejus nomine Nobis humilliter
porrectis inclinati, audito dilecto fi-
lio magistro Julio de Carpineo sacro-
rum Rituum congregationis secreta-
rio, ritum sequentium festorum,
scilicet sanctissimæ Trinitatis ad du-
pl. primæ classis cum octava, sa-
cratissimi Cordis Jesu ad dupl. se-
cundæ classis sine octava, ac demum
septem dolorum Beatæ Mariæ Virgi-
nis in feria sexta hebdomadæ passio-
nis ad dupl. primæ classis sine octa-
va pro civitate, et diœcesi Granatensi
dumtaxat, auctoritate apostolica te-
nore præsentium elevamus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutio-
nibus, et ordinationibus apostolicis,
nec non civitatis, et diœcesis hujus-
modi consuetudinibus; privilegiis
quoque, indultis, et literis apostolicis
superioribus, et personis sub quibus-
cumque tenoribus, et formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriis
derogatoriis, aliisque efficacioribus,
efficacissimis, ac insolitis clausulis,
irritantibusque, et aliis decretis in ge-
nere vel in specie, ac aliis in contra-
rium quomodolibet concessis, appro-
batis, et innovatis; quibus omnibus
et singulis illorum tenores præsentibus
pro plene et sufficienter expressis, ac
de verbo ad verbum insertis habentes
illis alias in suo robore permansuris
ad præmissorum effectum, hac vice
dumtaxat specialiter et expressè de-
rogamus, cæterisque contrariis qui-
buscumque. Datum Romæ apud san-
ctam Mariam Majorem sub annulo
piscatoris die septima augusti mille-
simo octingentesimo quarto, ponti-
ficatus Nostri anno quinto.

CCCXIII.

Dat. die
11. augusti
1804.
anno .V.

Erectio cathedralis ecclesiæ
Cassoviensis in comitatu
Abaujvariensi.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In universa gregis Domini-
ci cura ab ipso animarum pastore
Christo Domino licet immerito consti-
tuti, illud ex debito apostolicæ ser-
vitudinis animadvertere satagimus, ne
ubi multiplex ovium numerus in di-
versis, ac inter se dissitis pabulantium
ditionibus adest, unus tantum pastor
invigilet, qui licet eis in pascendis
maxima præstet experientia, vox ta-
men illius ob agrorum distantiam
haud facile potest audiri. Ob id quan-
doque gregem ipsum dividendo stu-
demus, ut illius una et altera pars in
eo, in quo pabulantur, agro proprium
habeat pastorem, cui fontium et her-
barum qualitas ac ferarum lustra in-
notescant. Et cum id ipsum nonnullos
quoque christianos reges circa præsu-
les ecclesiarum, quarum regimen ni-
mis esse dignoscitur extensum Nobis-
cum una sentire, et jam propterea
providisse noverimus, maxima quidem
cordis Nostri lætitia, quæ a dictis re-
gibus provide ad hunc effectum di-
sposita sunt apostolicæ Sedis patro-
cinio benigne fovere, et exequi cura-
mus, prout in Domino salubriter ex-
pedire conspiciamus.

Premium.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus fi-
lius comes de Khewenüller charissimi
in Christo filii Nostri Francisci secundi
Romanorum regis in imperatorem
electi, ac Bohemiæ et Hungariæ regis
apostolici apud Nos et Sedem aposto-
licam administer plenipotentarius, no-
mine ejusdem Francisci imperatoris
et regis exposuit in regni Hungariæ
comitatibus atque districtibus longe
lateque diffusa, ac nimia populorum
copia redundans Agriensis diœcesis
reperitur, quæ sub unius episcopi
pastorali regimine haud gubernari
posse dignoscitur; ideoque prædictus
Franciscus imperator et rex pro faci-
lius exequenda spirituali administra-
tione cum magno fidelium utriusque
ritus catholicorum commodo, maxime

Expositio præ-
cum porrecta-
rum ab Ro-
manorum im-
peratore.

in votis habens novam per binos desideratissimos gloriosæ memoriæ reges in prædicto Hungariæ regno prædecessores suos jam cœptam, et expeditam parochialium ecclesiarum coordinationem, ecclesia episcopali Agriensi ad præsens vacante, occasione illius vacationis hujusmodi ad felicem exitum perducere operæ prælium esse duxerit, ut libera ac regia civitas Cassoviensis in comitatu Abaujvariensi sub dominio ejusdem Francisci imperatoris et regis existens, a prædicta ecclesia atque diœcesi Agriensi perpetuo dismembretur, ac dividatur, ibique parochialis ecclesia sanctæ Elisabethæ filiæ Andree eo nomine secundi domi viveret Hungariæ hujusmodi regis existens in novam cathedralem ecclesiam cum sua diœcesi erigatur, et ad hujusmodi effectum prædictus comes de Khevenhüller nomine suprascripto Nobis enixe supplicaverit, ut hæc piam et laudabilem prædicti Francisci imperatoris, et regis dispositionem apostolicæ Sedis gratia, et favore prosequi dignaremur.

§. 3. Cumque ex processu a dilecto etiam filio Nostro, et dictæ Sedis apostolicæ nuntio in civitate Viennensi in Austria commorante in vim facultatis ei per decretum diei decimæ mensis martii prolapsi a Nobis approbatum desuper auditis omnibus interesse habentibus confecto, et ab eodem nuntio ad urbem transmissis de necessitate simul et utilitate erectionis hujusmodi æque, ac cæteroquin de prædictæ Agriensis et metropolitane Strigosiensis respective ecclesiarum, quæ ad præsens respective vacant modernorum respective capitulorum, et canonicorum approbatione, et consensu constiterit, simulque acceperimus, quod stante hujusmodi necessitate si prædicta civitas Cassoviensis una cum prædicto, aliisque infrascriptis comitatibus atque districtibus parochialibus ecclesiis, cappellanis, atque cooperaturis ab ecclesia et diœcesi Agriensi prædictis perpetuo, ut infra dismembraretur, divideretur, et separaretur, et in prædicta civitate Cassoviensi, prævia illius in civitatem episcopalem decoratione una sedes episcopalis institueretur, ac primo tamen parochialis ecclesia, quæ satis ampla et elegantis existit structuræ, prævia tamen infrascripta illius tituli collativæ suppressione, et extinctione in episco-

palem et cathedralem ecclesiam etiam perpetuo, ut infra, erigeretur; aliæque infrascripta per Nos et Sedem apostolicam prædictam etiam ut infra fierent, et ordinarentur ex hoc quidem optimo animarum regimini, et spiritualis gubernii exercitio peropportune consuleretur.

§. 4. Nos igitur, qui jam hodie nova limitum circumscriptione Agriensi diœcesi prædictæ juxta ipsius Francisci imperatoris et regis insinuationem, et successivam prædicti nuntii relationem Nobis desuper respective factas salubriter in Domino ordinatas eandem ecclesiam Agriensem, ut præfertur, vacantem ex archiepiscopi Strigoniensi metropolitico jure usque tunc subjectam ab ejusdem archiepiscopi Strigoniensis metropolitana jurisdictione et superioritate apostolica auctoritate perpetuo eximimus et liberavimus, ipsamque ecclesiam Agriensem in archiepiscopalem et metropolitanam ecclesiam dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo ereximus, et instituímus, prout in aliis literis apostolicis desuper expeditis plenius continetur, omnibus mature perpensis ejusdem Francisci imperatoris et regis suorum prædecessorum pietatis et religionis exempla mirabiliter sectantis votis et precibus etiam hac in parte favorabiliter annuere, et una simul illorum populorum animarum salutis indemnitati prospicere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine prædictam parochialem ecclesiam, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiæ collativæ, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de cætero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari vel alias de illo quovis modo disponi amplius nequeat, et si illum deinceps ullo unquam tempore conferri aut impetrari, vel alias de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, aliæque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, apostolicæ auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Suppressio tituli parochialis ecclesiæ in metropolitana collativam erigenda.

Processus ad rem conditus a nuntio apostolico.

Erectio civitatis Cassoviensis in episcopalem.

§. 5. Ac prædictam civitatem Cassoviensem in civitatem episcopalem Cassoviensem nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, ac privilegiis, non tamen titulo oneroso acquisitis, quibus aliæ civitates episcopali sede insignitæ, præsertim in dicto regno Hungariæ existentes, et earum cives fruuntur et gaudent; ac similiter prædictam parochialem ecclesiam, ut præfertur, suppressam, et extinctam in cathedralem ecclesiam Cassoviensem nuncupandam futuro ac pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub eadem sanctæ Elisabethæ invocatione, quæ etiam parochialis ut antea esse debeat, et in ea Sedem et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Cassoviensi nuncupando, qui eidem ecclesiæ Cassoviensi, illiusque civitati et diœcesi, ut infra assignandæ præsit, synodum convocet, ac omnia et singula jura, officia, et munera episcopalia habeat, et exerceat cum suis capitulo, mensa episcopali, cæterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, favoribus, gratiis, et iudicatis realibus, et personalibus, et mixtis quibus aliæ in hisdem Hungariæ et Bohemiæ regnis existentes cathedrales ecclesiæ, earumque præsules non tamen titulo oneroso, aut ex indulto vel privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent. In dicta vero cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut infra erigenda, unam præposituram, quæ post pontificalem major cum uno canonico præposito, qui capituli caput existat, iisque gaudeat præeminentiis, quæ sibi de jure competere debent; ac unum lectoratum, qui secunda cum alio pariter canonicatu et alia præbenda pro uno canonico lectore; ac unum cantoratum qui tertia cum alio itidem canonicatu et alia præbenda pro uno canonico cantore; ac unam custodiam, qui quarta respective dignitates in dicta cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut infra erigenda, etiam cum alio similiter canonicatu et alia præbenda eisdem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis existentibus pro uno canonico custode respective nuncupando, ac reliquos duos canonicatus, totidemque præbendas pro duobus aliis

futuris mere canonicis, nec non duas perpetuas cappellanas capitulares nuncupandas pro duobus pariter futuris in ea cappellanis capitularibus similiter nuncupandis, qui eidem ecclesiæ Cassoviensi, ut infra erigendæ, una cum clericis inservire teneantur. Qui quidem dignitates et canonici et cappellani capitulum dictæ cathedralis ecclesiæ Cassoviensis, ut infra erigendæ, constituant cum suis pariter choro, mensa capitulari, arca, bursa, et sigillo communibus, quique in eadem cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut infra erigenda, chori servitium et divina officia, aliasque ecclesiasticas functiones laudabiliter persolvere teneantur, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo erigimus et instituimus, cum hoc tamen quod futurus episcopus Cassoviensis in dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut præfertur, erecta theologalem et pœnitentiariam præbendas ad præscriptam concilii Tridentini erigere debeat, et interim inter futuros in dicta cathedrali ecclesia Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erecta, primo instituendos canonicos eos pro nunc quos ætate, scientia, et pietate ad theologi ac pœnitentiarii respective munera obeunda idoneos judicaverit destinare curet, quodque in eadem cathedrali ecclesia Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erecta, quæ etiam parochialis ut antea esse debet, ut præfertur, illius animarum dilectorum etiam filiorum parochianorum cura per unum parochum cum suis cooperatoribus, qui eidem parochi in exercitio curæ animarum hujusmodi auxilium præstare debeant exerceatur.

§. 6. Et insuper, ut prædictæ cathedrali ecclesiæ Cassoviensi per Nos, ut præfertur, erectæ clerus et populus constitui valeat a præfata ecclesia Agriensi in archiepiscopalem, et metropolitanam ecclesiam pariter, ut præfertur, erectam prædictam civitatem Cassoviensem episcopalis civitatis titulo, ut præfertur, decoratam, et supradictum comitatum Abaujvariensem, et districtum Cassoviensem, et in eo supradictam Cassoviensem, ut præfertur, suppressam et extinctam, ac aliam Béla, ac aliam Enyitzka, et aliam Kenyhérz, ac aliam Mindszent, ac aliam Olosvár, ac aliam Regete Ruszka, ac aliam Széplak, et reliquam Jokes respective possessionibus

Constitutio
novæ diocesis.

seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Bareza, ac aliam Kapa-Ujfalu, ac aliam Lengyel Falva, et reliquam Miszloka respective nunciatas locales cappellanas, ac septem cooperaturas Cassovienses respective contentas. Ac itidem districtum Sepsiensem, et in eo unam Sepsi, et aliam Also Metzenzoff respective oppidorum, ac aliam Arany Selka, ac aliam Ruziera, ac aliam Kilya, ac aliam Saszo-Ujfalu, ac aliam Nagy Jela, ac aliam Perény ac Sajtza, et reliquam Somodi respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Osecs, et aliam Sanok, et aliam Opaka, et aliam Paoy, et aliam Petris, et reliquam respective locales cappellanas Poly respective nunciatas, ac duas Sepsi, et alias duas Also Metzeosoff, et reliquam respective cooperaturas Hilyo respective nunciatas, respective quoque contentas. Et similiter districtum Forroviensem, et in eo pariter unam oppidi Forro, ac aliam Also Novay, ac aliam Ents, ac aliam Falso Gagy, ac aliam Falso Vadarz, ac aliam Herand Kerts, ac aliam Leh, ac aliam Szikszo, et reliquam Vaída respective possessionum seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Deték, ac aliam Fai, ac aliam Inants, et reliquam locales cappellanas Nyesta respective nunciatas, ac unam cooperaturam possessionis, sive terræ Forro respective etiam existentes. Ac ulterius districtum Gotziensem, et in eo pariter unam Aslo Mistle, et aliam Bodokovaralya, ac aliam Fiszer, et aliam Gontz, ac aliam Nadasd, ac aliam Szanto, et reliquam Hezeze respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac itidem unam Gonoz Ruszka, ac aliam Vizsody, et reliquam locales cappellanas Radvany respective nunciatas. Et similiter unam Hejeze, et alteram cooperaturas Gontz respective nunciatas, respective etiam existentes, ac ulterius comitatum Szossiensem districtum Eperjessiensis, et in eo pariter unam civitatis Eperjess, ac aliam oppidi Nagy Saror, ac aliam Basor, ac aliam Kapé, ac aliam Radats, ac aliam Sebes, ac aliam Szent György, ac aliam Szedlitze, ac aliam Jernye, ac reliquam Jolzetk respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac itidem unam Fen-

ta, et alteram respective locales cappellanas Kende respective nunciatas, nec non etiam duas Eperjeso, ac alias duas Nagy-Sarost respective nunciatas cooperaturas respective quoque existentes. Et insuper districtum Sovenariensem, et in eo pariter unam oppidi Sorar, ac aliam Boroszlo, ac aliam Boky, ac aliam Ketzer Peklm, ac aliam Nagy-Sadna, ac aliam Somos, ac aliam Sz-Istvanij, ac aliam Sz-Peter, et reliquam Tihany respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias; ac unam itidem Harsag, ac aliam Kavetsany, ac aliam Lapis Patak, et reliquam locales cappellanas Voros-Vagas respective nunciatas. Ac etiam unam Sovar, et alteram cooperaturas Ketzér-Peklm respective nunciatas respective quoque existentes. Ac itidem districtum Cibimensem, et in eo pariter unam civitatis Cibinii, ac aliam Alsoszalokz ac aliam Berzevitze, ac aliam Darot, ac aliam Dobo, ac aliam Heihars, et aliam Krivany, ac aliam Lubatm, ac aliam Paloe-a, et aliam Peth Ujfalu, ac aliam Plavnieza, ac aliam Roshovany, ac aliam Tarko, et reliquam Tareza respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Hamburg, et alteram respective locales cappellanas Senviz respective nunciatas, ac unam pariter Cibiny, et alteram cooperaturas Pech Visalu respective quoque nunciatas respective consistentes. Nec non etiam districtum Sviokajensem, et in eo similiter unam Svioka, et aliam Trits, et aliam Hermany, et aliam Sernye, et aliam Lipatz, et aliam Nars-Atrdó, et aliam Sz-Kereszt, et aliam Sz-Mihaly, et aliam Szinie, et reliquam Berthoc respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, et unam quoque Zseb-Fala, et alteram locales cappellanas Szene-Ujfalu respective nunciatas, et unam cooperaturam Sviska nunciata respective etiam consistentes. Ac districtum Bartphensem, et in eo similiter unam civitatis Bartpha, ac aliam Gabolto, ac aliam Lenarto, ac aliam Lofalva, ac aliam Raozlaviez, et aliam Richvald, et reliquam Ozziko respective possessionum seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam pariter Felső Valya, ac aliam Hertask, et reliquam respective locales cappellanas Sarpataka respective nun-

ciatas, ac unam etiam cooperaturam Bartpha nunciata[m] respective quoque consistentes. Ac itidem districtum Zboroviensem, et in eo similiter unam Zboro, et aliam Haous Falva respective oppidorum, et aliam Dublin, et aliam Haislem, et aliam Kaptoneza, et aliam Karatson-Mezo, ac aliam Kovrina, et reliquam Radoma respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, et unam pariter Hankocz, et aliam Hrabocz, et aliam Mesztiska, et aliam Nyirjeso, et reliquam Porfalva respective possessionum, seu terrarum respective locales cappellanas, et unam cooperaturam Zboro nunciata[m] respective etiam consistentes. Et insuper comitatum Zempliniensem, et districtum Ujhelyensem, et in eo similiter unam oppidi Ujhely, et aliam Barunes, et aliam Czeke, ac aliam Lauztoez, et aliam Impregh, et reliquam Nagy-Kazmer respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, et unam localem cappellaniam Frant Zanafalva, et duas cooperaturas Ujhely respective nunciatas respective quoque consistentes. Ac itidem districtum Sub-montanum, et in eo pariter unam Liszka, et alteram parochiales ecclesias Keresztwar respective oppidorum, et unam pariter Felső Kortuclyes, ac aliam Petetse, ac aliam Mad, ac aliam Talya, ac aliam Tarcyal, ac aliam Jokay respective nunciatas, ac aliam Erdo-Benye, Erdő-Hervathy; ac aliam Giraults, ac aliam Hernad Némethy, et aliam Monok, et aliam Szerents, et reliquam Toltsva respective possessionum, seu terrarum respective locales cappellanas, et unam pariter Liszka, et aliam Mad, ac aliam Talya, ac aliam Tarczal, ac aliam Toltsva, et reliquam cooperaturas Tokay respective nunciatas etiam respective consistentes. Ac itidem districtum Hosmonensem, et in eo pariter unam oppidi Homana et aliam Cziroka Hosza Mezo, et aliam Gorógenye, ac aliam Leszkoos, ac etiam Lubisse, et aliam Nagy-Mihaly Ormego, ac aliam Papina, ac aliam Szona, ac aliam Sztara, et reliquam Udoa respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam quoque Felső-Uortuclyes, et aliam Petetss, et aliam Izbunza Horza Mezo, et reliquam lo-

cales cappellanas Natafalva respective nunciatas. Ac itidem duas Homonne, et reliquam cooperaturas Lubisze respective nunciatas etiam respective consistentes. Nec non districtum Insulanum, et in eo pariter oppidi Saros Patak, ac aliam Dittthyan, et aliam Hiraly Helms, ac aliam Lebsz, ac aliam Nagy-Kevésd, aliam Nagy-Tarkany, ac aliam Rad, et reliquam Zeteny respective parochiales ecclesias, ac duas cooperaturas Patak respective nunciatas etiam respective consistentes. Ac districtum Galszetsiensem et in eo pariter unam Galszers, et aliam Butka respective oppidorum, ac aliam Nagy-Azar, et aliam Pargo, et aliam Peteite, et aliam Szatsur, et aliam Szilvas Ujfala, et aliam Toke Terebess, et reliquam Vasarhetoi respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam etiam Hegye, ac aliam Maoza, ac aliam Nagy Osebb, et reliquam locales cappellanas Vehers respective nunciatas. Ac unam cooperaturam Terebes quoque nuncupatam respective quoque consistentes. Ac demum districtum Sztropkoviensem, et in eo pariter unam Sztropko, et aliam Varannó respective oppidorum, ac aliam Dobra, ac aliam Sankotz, ac aliam Uortuehes, ac aliam Matuasosz, ac aliam Nagy Damaja, et aliam Magyaraska, et reliquam Jokert respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam etiam Hrubo, et aliam Turany, et aliam Zsalobina, et aliam Turezoly, et reliquam locales cappellanas Nagés-Hementze respective nunciatas, ac itidem una Varannó, et alteram cooperaturas Sztropka respective nunciatas etiam respective consistentes apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

§. 7. Nec non in iisdem comitatibus, districtibus, ac parochialibus ecclesiis sic, ut præfertur, dismembratis, divisis, et separatis respective etiam consistentes, et consistentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, et quæcumque secularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, omnesque pariter, et singulas utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos

Assignatio a-
liorum distri-
ctuum, et pa-
rochialium ec-
clesiarum.

presbyteros, beneficiatos, et religiosos (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis respective jurisdictione, potestate, et superioritate illius consensu attento quod praedicta ecclesia Agriensis in metropolitanam, ut praefertur, erecta ad praesens, ut praefertur, vacata apostolica auctoritate praedicta supplendo eadem apostolica auctoritate motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus itidem perpetuo eximimus et liberamus.

Subjectio decreti favore novi pastoris.

§. 8. Nec non eandem civitatem Cassoviensem, omnesque, et singulos superius expressos comitatus, districtus, parochiales ecclesias, oppida, possessiones locales, cappellanias, et cooperaturas hujusmodi sic, ut praefertur, dismembratos, divisos, et separatos, nec non ecclesias, monasteria, praepositorum, conventus, ac saecularia, et regularia beneficia hujusmodi, omnesque, et singulas personas, habitantes, et incolas etiam, ut praefertur, respective exemptos novae ecclesiae cathedrali Cassoviensi per Nos, ut praefertur, erectae, ejusque futuro praesuli pro suis civitate territorio, et diocesi in qua ipse semper residere debet, ac clero, et populo eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et assignamus; ac ordinaria futuri, ac pro tempore existentis episcopi Cassoviensis jurisdictioni, potestati, et superioritati itidem perpetuo supponimus et subijcimus.

Dotatio mensae episcopalis.

§. 9. Mensae autem episcopali Cassoviensi sic, ut praefertur, erectae pro eius dote, et ad hoc ut futurus, et pro tempore existens episcopus Cassoviensis praesulis dignitatem decenter tueri valeat, omnes, et singulos redditus in bonis stabilibus consistentes, et ex decimis regni provenientes annuatim usque ad summam viginti millium circiter florenorum monetae illarum partium eidem cathedrali ecclesiae Cassoviensi per Nos, ut praefertur, erectae a praedicto Francisco imperatore, et rege perpetuis temporibus jam assignatos dicta apostolica auctoritate perpetuo pariter tribuimus, atque assignamus.

Assignatio domus episcopalis.

§. 10. Ipsique futuro, et ac pro tempore existenti episcopo Cassoviensi pro sui decenti habitatione domum congruam, ac sufficienter instructam

munificentia praedicti Francisci imperatoris, et regis in praedicta civitate Cassoviensi haud longe ab ipsa cathedrali ecclesia Cassoviensi per Nos, ut praefertur, erecta distantem comparatam apostolica auctoritate praedicta perpetuo quoque addicimus, atque concedimus.

§. 11. Ac praeterea ut dignitates, ac canonicatus, et praebendae, et cappellaniae per Nos, ut praefertur, erectae de congrua pariter dotatione provideantur, illosque, et illas pro tempore respective obtinentes onera eis respective incumbencia supportare valeant; unicuique videlicet ex dictis sex canonicatibus et praebendis, ut praefertur, erectis summam mille florenorum dictae monetae; unicuique vero ex dictis quatuor dignitatibus etiam, ut praefertur, erectis ultra dictam summam, praepositorum videlicet aliam quingentorum, ac lectoratum aliam trecentorum, et cantorum aliam ducentorum, et custodiam denique praefatis alias respective summam jam in partibus constitutas centum florenorum monetae hujusmodi. Cuilibet vero ex dictis duabus cappellanias pariter, ut praefertur, erectis annuam summam trecentorum florenorum ejusdem monetae etiam in partibus constitutam dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo applicamus, constituimus, et assignamus.

Dotatio mensae capitularis.

§. 12. Et insuper eisdem futuris, et pro tempore existentibus praeposito, lectori, cantori, custodi, canonicis, et cappellanis dictae cathedralis ecclesiae Cassoviensis per Nos, ut praefertur, erectae, ut ipsi, eorumque officiales, et ministri res, bona, et proprietates omnibus, et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, praemioentibus, praerogativis, antelationibus, concessionibus, indulgentiis, favoribus, et gratiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus aliae in praedicto regno Hungariae existentes cathedrales ecclesiae, eorumque capitula, canonici, ac dignitates, et beneficia in eis obtinentes, ac ministri, et illorum bona, res, et proprietates de jure, usu, consuetudine, privilegio, non tamen ex indultu vel privilegio particulari fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum similiter, et pariformiter, et absque ulla prorsus differentia in

Concessio privilegiorum.

omnibus et personis; ac si illa eis principaliter, ut in specie concessa essent, dummodo tamen sint in usu et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, aliisque constitutionibus, et ordinibus apostolicis non repugnent uti, frui, potiri, et gaudere possint, et valeant apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus, et impertimur.

Jus condendi
statuta capi-
tulo concess-
suum.

§. 13. Ad futuris dignitatibus, et canonicis prædictis, ut ipsi capitulariter congregati pro dictæ cathedralis ecclesiæ Cassoviensis, ut præfertur, erectæ, illiusque dignitatem, et singulorum canonicorum, et cappellanorum mensæ capitularis sacrorum, illarumque omnium rerum, et honorum tam spiritualium, quam temporalium prospero, et felici regimine, gubernatio, et directione, onerumque illis respective incumbentium supportatione, divinarum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et aliorum suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque taxatione, perceptione, divisione, poenarum per absentes, et divinis officiis non interessentes, seu onera et munera eis, et eorum cuilibet incurritur subire negligentes incurritur incursum, singulorum præsentis, et absentis notandis, caeremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia Cassoviensi, ut præfertur, erectæ, illiusque choro, capitulo, et processibus, et aliis actibus prædictis servandis, officialibus, et ministris dictæ cathedralis ecclesiæ Cassoviensis per Nos, ut præfertur, erectæ necessariis deputandis, et amovendis servitiis, et ministeriis percipiendis, ac eis salariis, et stipendiis assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen et honesta, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini prædicti decretis, ac prædictis constitutionibus apostolicis minime contraria, ac per futuram episcopum Cassoviensem prius examinanda, approbanda edere, et edita, prævia approbatione prædicti futuri episcopi Cassoviensis declarari, et interpretari, et ad

melio rem formam redigere, ac reformare, seu alia de novo, ex integro, ac, ut præfertur, eisdem sacris canonibus, et concilii Tridentini hujusmodi decretis, et constitutionibus apostolicis prædictis minime adversantia, ac, ut præfertur, examinanda, et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub pœnis in contravenientes statuendis observanda, et adimplenda condere, et postquam condita fuerint toties quoties pro rerum, et temporum conditione, et qualitate, vel alias expediens videbitur illa in toto vel parte corrigere, alterare, immutare, et in melius reformare, aliaque etiam ex integro de novo, de simili ejusdem futuri episcopi Cassoviensis approbatione condere libere et licite possit, et valeant, dummodo tamen correctio, alteratio, immutatio, reformatio, et de novo condenda statuta hujusmodi eisdem sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis prædictis, et concilii Tridentini hujusmodi decretis contraria, ut præfertur, non sint eadem apostolica auctoritate licentiam, et facultatem concedimus, et impertimur.

§. 14. Ipsique autem Francisco imperatori regi, ejusque successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad prædictam cathedralem ecclesiam Cassoviensem per Nos, ut præfertur, erectam, et a primæva illius erectione hujusmodi vacante in episcopum per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictam præficiendam tam hac primæ vice, quam in futuris illius vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam contingentibus, eoque prorsus modo quo alii episcopi ecclesiarum in regno Hungariæ prædicto existentium ad nominationem eandem præfici consueverunt. Nec non aliud jus quoque nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates, ac canonicatus, et præbendas, et cappellanias per Nos, ut præfertur, erectas, et erectas hujusmodi tam pariter hac primæ vice a primæva illorum et illarum erectione, et institutione hujusmodi vacantes, quam etiam deinceps quovismodo vacaturos, et vacaturas personas

Reservatio juris patronatus favore imperatoris, ejusque successorum.

itidem idoneas apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

§. 15. Decernentes præsentibus Nostras literas apostolicas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima etiam ex eo, quod causæ propter quas eadem præsentibus emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis magno, et substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem et individua mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, pia, privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda forent, aut quod de voluntate Nostræ, et aliis superius expositis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concessio, et impetratio quæpiam uti, seu se juvari in iudicio, et extra illud posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cameræ apostolicæ regulas quancumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summum apostolatus apicem

etiam motu, et scientia similibus etiam consistorialibus ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, et cum quibusvis causis, et decretis etiam in eis de eisdem præsentibus, earumque tenore specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendere, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse; sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, et quosvis alios quavis facultate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præ eminentia fulgentes sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstante quatenus opus sit Nostræ, et cancellariæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus constitutionibus, et ordinibus apostolicis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, ac formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, et scientia similibus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium, et singulorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum validissimum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio ex-
cutoris aposto-
lici.

§. 17. Per præsentem autem prædictum Nostrum et Sedis apostolicæ nuncium in dicta civitate Viennensi in Austria commorantem in executorem earundem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum quoad illarum executionem tantum constituimus, et deputamus; eidemque nuncio facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in executione prædicta subdelegare libere et licite valeat. Et tam ipsi quam personæ ab eo subdelegandæ huiusmodi facultatem quoque, ut ipsi et eorum quilibet super quacumque oppositione in actu executionis huiusmodi adversus præmissa quomodolibet oritura, servatis tamen quæ fuerint de jure servanda etiam definitive pronuciare libere et licite possint, et possit apostolica auctoritate prædicta concedimus atque impertimur.

Præceptum de
inscribendis
fructibus in li-
bris cameræ
apostolicæ.

§. 18. Volumus autem quod prædicta cathedralis ecclesiæ Cassoviensis per Nos, ut præfertur, erecta juxta redditus illius mensæ episcopalis, ut præfertur, assignatos ex gratia tamen speciali ad mille florenos auri de more taxari, et huiusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

Sanctio pena-
lis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, dismembrationis, divisionis, separationis, exemptionis, liberationis, concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, applicationis, assignationis, concessionis, indulti prioris, et posterioris licentiæ, et facultatis impertitionis, reservationis, concessionis, assignationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud

sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quinto idus augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXIV.

Erectio sedis episcopalis
Szathmariensis.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quum in supremo apostolatus officio cui divina dispositione præsidemus, atque in commissa simul humeris Nostris a Christo Domino pastorum animarum principe universa gregis Domini cura, plane Nobis exploratum sit, quantum in hoc laboris est impendendum, et quantum etiam invigilandum ne vineæ Domini ullo unquam tempore sors illa sit obventura de qua Christus Dominus ait = Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogat ergo dominum messis, ut operarios mittat in messem suam =. Ad explendas idcirco ministerii Nostræ partes persæpe oculos Nostræ mentis levamus in circuitu agri Domini, inspicientes quid avellendum, quid extirpandum, aut destruendum, et ædificandum Nobis sit. Quapropter si gregem aliquem multiplici ovium numero refertum in tot inter se dissitis regionibus contentum sub unius tantum pastoris regimine haud gubernari posse comperimus, illum interdum dividere, et novas in ipso agro Domini ecclesias plantare, novosque in eo animarum pastores instituere curamus, ut per novas huiusmodi plantationes illarum spirituale gubernium, ac novis ecclesiarum præsulibus propius inspectum accuratius valeat exerceri. Porro super hoc lætamur quam maxime, et gaudio superabundamus curam quandoque intuentes christianorum principum regia potestate fulgentium, qui summa qua pollent sane admirabili pietate ac religione spirituali suorum subditorum animarum salutem laudabiliter dant operam, admoventque manum,

Dat. die
11 augusti
1804
anno V.

Proemium

eosque ad hoc apostolicæ Sedis patrocinium expostulantes benigne recipere, ac fovere in eorum expostulationibus utpote ad commune fidei spirituale bonum tendentibus satisfactos reddere Nostri muneris esse arbitramur.

Tenor precum
porectarum
ab imperatore
Romanorum.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus filius comes de Kheveniller charissimi in Christo filii Nostri Francisci Secundi Romanorum regis in imperatorem electi ac Bohemiæ et Hungariæ regis apostolici apud Nos, et Sedem apostolicam administer plenipotentarius, nomine ejusdem Francisci imperatoris et regis exposuit, idem Franciscus imperator et rex circa statum ecclesiarum in suis ditionibus existentium, suorumque respective subditorum spirituale animarum regimen, atque gubernium animam suam, mentemque convertens plane perspexerit, quod in peramplis atque diffusis Agriensis diocesis limitibus unus tantum episcopus sua pastoralia munera, ut par est, adimplere minime valet, ita ut multiplicatis inibi catholicam religionem profitentibus fidelibus spirituale pabulum quod cum pervigili animarum cura conjungi debet deesse noscatur. Cupiens idcirco novam jam per binos desideratissimos gloriosæ memoriæ reges in Hungariæ regno predecessores suos ejusdem Agriensis diocesis conterminationem pro localium circumstantiarum opportunitate, prout maxime in rerum spiritualium utilitatem congruere conspiciebatur ad felicem exitum perducere, operæ præstitum esse existimaverit, ut nonnulli comitatus et districtus a prædicta diocesi Agriensi dividantur et separentur, ac in libera et regia civitate Szathmar Nemethiensi existens parochialis ecclesia Beatæ Mariæ Virginis in cælum Assumptæ in episcopalem et cathedralem ecclesiam cum sua diocesi erigatur, proptereaque prædictus comes de Kheveniller nomine prædicto Nobis enixe supplicavit, ut tam pia et commendabilia prædicti Francisci imperatoris et regis studia ad spiritualem animarum salutem tendentia apostolicæ Sedis favore prosequi dignaremur.

Processus adhibitus super convenientia novæ erectionis.

§. 3. Cumque ex processu a dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicæ prædictæ nuncio in civitate Viennensi in Austria commorante in vim facultatis ei per decretum diei x.

mensis martii proxime præteriti a Nobis approbatum tributæ, desuper auditis omnibus interesse habentibus confecto, et ab eodem nuncio ad urbem transmissis de necessitate simul et utilitate erectionis hujusmodi aequæ, ac cæteroquin tam de prædictæ Agriensis, quam de metropolitana Strigoniensis respective ecclesiarum ad præsens respective vacantium, respective capitulorum et canonicorum approbatione, et consensu constiterit, simulque acceperimus, quod si a prædicta Agriensi diocesi infrascripti comitatus atque districtus, et in eis respective existentes parochiales ecclesiæ, oppida, possessiones locales, cappellanæ, et cooperaturæ infrascriptæ perpetuo dismembrarentur, dividerentur et separarentur; ac prædicta parochialis ecclesia; prævia infrascripta illius tituli collati vi perpetua suppressione et extinctione in episcopalem et cathedralem ecclesiam per Nos etiam ut infra perpetuo erigeretur, aliæque infrascripta per Nos et Sedem apostolicam prædictam etiam ut infra fierent et ordinarentur, maxima quidem ex iis animabus illorum fidelium Christi sanguine redemptis, quarum curæ et gubernio facilius novus pastor incumbere, et vigilare posset utilitas evenire.

§. 4. Nos igitur qui jam hodie ad præmissorum effectum nova limitum circumscriptione Agriensi diocesi juxta prædicti Francisci imperatoris et regis insinuationem, et successivam prædicti nuncii relationem Nobis desuper respective factas salubriter in Domino ordinatam prædictam Agriensem ecclesiam pro tempore existenti archiepiscopo Strigoniensi usque tunc suffraganeam, et metropolitico jure subjectam, illiusque futurum præsulem ab ejusdem pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis metropolitana jurisdictione, et superioritate apostolica auctoritate perpetuo disjunximus, et eximimus, dictamque ecclesiam Agriensem in archiepiscopalem et metropolitanam eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo ereximus atque instituimus prout in aliis Nostri literis desuper expeditis plenius continetur, omnibus mature percensuris, piis ejusdem Francisci imperatoris et regis volis et precibus etiam hac in parte favorabiliter annuere, et illorum populorum spirituali saluti prospicere volentes,

Revocatio tituli collativi ecclesie parochialis in cathedralem erigendæ.

motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine prædictam parochialem ecclesiam, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentialiam parochialis ecclesiæ collativæ; ita ut illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de cætero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, aut alias de illo quovis modo disponi amplius nequeat, et si illam deinceps conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, aliaque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ, nullæ et invalidæ, nulliusque roboris vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus vel coloratum titulum possidendi tribuant apostolica auctoritate perpetuo supprimimus et extinguimus.

Erectio civitatis in episcopalem, et ecclesiæ in cathedrali.

§. 5. Ac præfatam civitatem Szathmari Nemethiensem complexam in civitatem episcopalem cum suis juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ in regno Hungariæ prædicto civitates pontificali sede insignitæ, et earum cives utuntur et gaudent; et similiter prædictam parochialem ecclesiam sic suppressam et extinctam in episcopalem et cathedrali ecclesiam futuro et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub eadem Beatæ Mariæ Virginis in cælum Assumptæ invocatione, et ut antea parochialem extitit in ea sedem et dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Szathmariensi nuncupando, qui eidem ecclesiæ Szathmariensi, illiusque civitati et diocesi ei ut infra assignandæ præsit, synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munera habeat et exerceat cum suis capitulo, mensa episcopali, cæterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, juribus, jurisdictionibus, præminentis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis quibus aliæ in prædicto regno Hungariæ existentes cathedrales ecclesiæ, earumque præsules non tamen titulo oneroso, aut ex indulto particulari gaudent.

Erectio capituli cum suis dignitatibus.

§. 6. In dicta vero cathedrali ecclesia unam præposituram quæ ini-

bi post pontificalem major cum uno canonicatu, et una præbenda pro uno canonico præposito, qui capituli caput existat, usque omnibus juribus, et præminentis, quæ sibi de jure competere possunt gaudere debeat; ac unum lectoratum qui secunda cum alio etiam canonicatu et alia præbenda pro uno canonico lectore; ac unum cantoratam qui tertia cum alio itidem canonicatu et alia præbenda pro uno canonico cantore; ac unam custodiam quæ quarta respective dignitates in dicta ecclesia Szathmariensi in cathedrali ut infra erigendam existant, similiter cum alio canonicatu et alia præbenda eisdem dignitatibus invicem perpetuo unitis existentibus pro uno canonico custode, ac reliquos duos canonicatus, totidemque præbendas pro duobus aliis futuris mere canonicis dictæ ecclesiæ Szathmariensis in cathedrali ut infra erigendam, quorum alter archidiaconi, alter vero theologi respective munera explere teneantur, Nec non duas perpetuas sine cura personalem tamen residentiam requirentes cappellanas pro duobus etiam futuris in ea cappellanis, qui dignitates et canonici, ac cappellani prædicti capitulum prædictæ ecclesiæ Szathmariensis in cathedrali similiter erigendam similiter cum choro, stallo, arca, bursa, et sigillo communibus, aliisque signis et insigniis cathedralibus constituent, quique pariter apud ipsam ecclesiam Szathmariensem in cathedrali ut infra erigendam personaliter residere, ibique horas canonicas diurnas, et nocturnas, cæteraque divina officia solita et consueta cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, ac alias eidem ecclesiæ Szathmariensi in cathedrali ut infra erigendam laudabiliter deservire, et onera eis respective incumbenda adimplere debeant, et tepeantur apostolica auctoritate prædicta perpetuo erigimus et institui-mus, cum hoc tamen quod futurus episcopus Szathmariensis in dicta cathedrali per Nos, ut præfertur, erecta penitentiariam præbendam, atque in dicta civitate Szathmariensi seminarium puerorum ecclesiasticum ad præscriptum concilii Tridentini respective erigere debeat, illius conscientia desuper onerata remanente, quodque in dicta cathedrali ecclesia Sza-

thmariensi per Nos, ut præfertur, erecta; quæ etiam parochialis ut antea existet animarum difectorum quoque filiorum parochianorum cura, quæ ad præsens per unum parochum, eique adjunctum cooperatorem exercetur; deinceps per unum ex dictæ cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ canonicis, prævio examine ad formam concilii Tridentini prædicti ad hoc idoneum repertum exercere similiter debeat.

Præfinitio mo-
vac. diocesis.

§. 7. Et insuper, ut prædictæ episcopali ecclesiæ Szathmariensi per Nos, ut præfertur, erectæ diocesis, ac clerici et populi constitui possint a prædicta ecclesia Agriensi in metropolitana etiam, ut præfertur, erecta comitatum Szathmariensem prædictum, ac districtum Szathmar Montanum, et in eis supradictam Szathmar-Nemethiensem, ut præfertur, suppressam et extinctam, et in cathedralem, ut præfertur, erectam, ac aliam Nagybania, et aliam Felso Banya respective civitatum, et aliam oppidi Szinyer Varrallya, et aliam Dara, et aliam Ferneczeli, ac aliam Giarmath, ac aliam Jark, ac aliam Lapos-Banya, ac aliam Sarkos, ac aliam Zayta, et reliquam Giro-Tot Falu respective possessionum seu terrarum respective parochiales ecclesias. Ac unam Csenger, et alteram Misz Banya respective locales cappellanas, ac duas Felso Banya, ac aliam Nagy-Banya, et reliquam Szathmar Nemethi respective cooperaturas respective contentas. Ac itidem districtum Szathmar Nharolyi, et in eo unam Nagy Masteny, et aliam Erdod respective oppidorum, ac aliam Also-Hornered, ac aliam Barlafalva aliam Bettek, ac aliam Csanalos, ac aliam Feny, ac aliam Kaplony, ac aliam Meszo Perri ac aliam Nagy Karoly, ac aliam Sandorfalva, ac aliam Szanisrló, ac aliam Jerebess, ac aliam Vallaj, et reliquam Vitka respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, ac unam localem cappellaniam Papos nunciatam, ac unam Nagy-Mayteni; et alteram Sandorfalva respective cooperaturas respective existentes, et insuper comitatum Ugostensem, et in eis unam oppidi Fizza Uilak, ac aliam Fantsika, ac aliam Kiroly Hasa, ac aliam Komkenyerd, ac aliam Nevettenfalu, et reliquam Jur-Terebess respective possessionum, seu terrarum re-

pective etiam parochiales ecclesias; et unam cooperaturam Fizza-Uilak nunciatam, respective etiam existentes. Ac similiter comitatum Ungvariensem, et districtum pariter Ungvariensem, et in eis pariter unam oppidi Ungvar, ac aliam Csisser, ac aliam Dobo-Ruszka, ac aliam Domonya, ac aliam Kiss Rath, ac aliam Or, ac aliam Palotz, ac aliam Szenna, ac aliam Tyba, et reliquam Venna respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, ac unam Jenke, ac aliam Nagy-Berezna, ac reliquam Nagy Talatska respective locales cappellanas, et unam cooperaturam Ungvar nunciatam respective quoque existentes, ac itidem comitatum Bereghiensem et districtum etiam Bereghiensem, et in eis pariter unam Munkats, et aliam Beregszasz respective oppidorum, ac aliam Barthaza, et reliquam Mezo Kaszony respective possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, et unam localem cappellaniam Schon-tum nunciatam, et unam cooperaturam Munkats etiam nunciatam respective quoque existentes. Ac demum comitatum Marmarosiensem et districtum etiam Marmarosiensem, et in eis itidem unam Szigeth, et aliam Huszt, ac aliam Tetso, et aliam Visk respective oppidorum, ac aliam Boltsko, ac aliam Dombo, ac aliam Kobola Pojana, ac aliam Koros Mezo, ac aliam Mokra, ac aliam Sugatagh, et reliquam Rhonaszeh respective possessionum seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, ac unam Akna Rahó, et alteram Felso-Virso respective locales cappellanas, et unam demum cooperaturam Szigeth nunciatam respective etiam existentes apostolica auctoritate prædicta perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

§. 8. Ac in dictis comitatibus, Idem ut supra districtibus, parochialibus ecclesiis, possessionibus localibus, cappellaniis, et cooperaturis sic, ut præfertur, dismembratis et separatis pariter consistentes et consistentia ecclesias, monasteria, præposituras, conventus, et alia quæcumque, quotcumque, et qualiacumque sæcularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, omnesque pariter, et singulas utriusque sexus personas, habitatores, et ancillas tam laicos quam ecclesia-

sticos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos, non tamen exemptos cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria futuri et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis jurisdictione, superioritate, et auctoritate illius consensu, in tanto quod Agriensis ecclesia praedicta in metropolitanam, ut praefertur, erecta ad praesens, ut praefertur, vacantem dicta apostolica auctoritate supplendo eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo eximimus et liberamus.

Subjectio locorum, et populorum jurisdictioni novi episcopi.

§. 9. Dictosque comitatus, et districtus, parochiales ecclesias, possessiones locales, cappellanas, et cooperaturas, ut praefertur, dismembratos, et dismembratas, nec non ecclesias, monasteria, praepositoras, conventus, et saecularia et regularia beneficia hujusmodi, omnesque, et singulas personas habitantes, et ancilas hujusmodi sic, ut praefertur, exemptos dictae cathedralis ecclesiae Szathmariensis per Nos, ut praefertur, erectae, illisque futuro et pro tempore existenti episcopo pro suis civitate, et diocesi in qua ipse semper residere debet, ac clero, et populo apostolica auctoritate praedicta etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac ordinariae ejusdem futuri et pro tempore existentis episcopi Szathmariensis jurisdictioni, potestati, et auctoritati simili apostolica auctoritate perpetuo quoque supponimus, et subijcimus.

Dotatio mensae episcopalis.

§. 10. Mensae autem episcopalis Szathmariensi per Nos, ut praefertur, erectae pro illius dote, et ad hoc ut futurus, et pro tempore existens episcopus Szathmariensis praesulis dignitatem deceatè tueri valeat annuam summam viginti millium circiter florenorum monetae illarum partium ex quibusdam bonis hactenus ad episcopatum Agriensem spectantibus, atque ex decimis regis provenientibus ab eodem Francisco imperatore, et rege perpetuis temporibus assignatam apostolica auctoritate praedicta similiter perpetuo tribuimus et assignamus.

Assignatio domus ab episcopo inhabitandae.

§. 11. Ipsique futuro, et pro tempore existenti episcopo Szathmariensi pro sui decenti habitatione domum ex magnificentia et liberalitate praedicti Franciscae imperatoris ac regis quamprimum in vicinia dictae cathedralis ecclesiae Szathmariensis per Nos, ut praefertur, erectae juxta elabo-

ratum planum extruendam ex nunc pro tunc postquam tamen illius fabrica fuerit expleta eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo addicimus atque concedimus. Ac praeterea, ut dignitates, ac canonicatus, et praebendae, et cappellanae praedictae per Nos, ut praefertur, erecti et erectae hujusmodi de congrua respectiva dotatione similiter provideantur, illosque et illas pro tempore respective obtinentes oneratis respective incumbentia supportare valeant, unicuique ex dictis sex canonicatibus, et praebendis videlicet pro sui praebenda annuam summam millium, et quingentorum florenorum dictae monetae, unicuique vero ex dictis quatuor dignitatibus, ut praefertur, respective erectis ultra dictam summam praeposito videlicet aliam quingentorum, ac doctoratum aliam trecentorum, et cantoratum aliam ducentorum, custodiae vero praedictis aliam respective summas jam in partibus constitutas centum florenorum ejusdem monetae. Cuiuslibet autem ex dictis duabus cappellaniis etiam per Nos, ut praefertur, erectis summam trecentorum florenorum hujusmodi similiter in partibus jam constitutam dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo applicamus, et assignamus.

§. 12. Et insuper futuris et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictae cathedralis ecclesiae Szathmariensis per Nos, ut praefertur, erectae, ut ipsi, eorumque officiales, et ministri res, bona, et proprietates omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, antelationibus, praerogativis, concessionibus, indulgentiis, favoribus, et gratiis tam spiritualibus quam temporalibus quibus aliae cathedrales ecclesiae in praedicto regno Hungariae existentes, earumque capitula, canonici, et dignitates in eis obtinentes, et ministri, et illorum bona, res, et proprietates de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, non tamen ex indulto vel privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum similiter, et pariformiter, et absque ulla prorsus differentia in omnibus et per omnia, ac si illa eis principaliter, ac in specie concessa essent, dummodo tamen sint in usu, et non re-

Dotatio mensae capitularis

vocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis non repugnent, uti, frui, potiri, et gaudere possint et valeant apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo concedimus et impertimur.

Conceditur
facultas con-
stitutiones ca-
pitalares ef-
formandi.

§. 13. Et similiter eisdem futuri capitulo dictæ cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ, ut ipsi capitulariter congregati pro ejusdem cathedralis ecclesiæ Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erectæ, illiusque dignitatum, et canonicorum, mensæ capitularis, sacrorum, illorumque omnium rerum, et honorum tam spiritualium quam temporalium prospero ac felici regimine, gubernio, ac directione, onerumque illis pro tempore incumbentium supportatione, divinarum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum et aliorum suffragiorum celebratione, ac distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, divisione, pœnarum per absentes ac divinis officiis hujusmodi non interessentes, seu onera, et munera eis, et eorum cuilibet incumbencia subire negligentes incurrendarum incursu, præsentis, et absentis notandis, cæremoniis et ritibus in ecclesia, choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus prædictis servandis, officialibus et ministris in dicta cathedrali ecclesia Szathmariensi per Nos, ut præfertur, erecta necessariis deputandis, et amovendis, servitiis et ministeriis per ipsos obeundis, ac eis salariis, et stipendiis præstandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, quæcumque statuta, ordinationes, et capitula, ac decreta licita tamen, et honesta, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini prædicti decretis, dictisque constitutionibus apostolicis minime contraria, ac per futurum episcopum Szathmariensem prius examinanda et approbanda edere, et edita prævia approbatione ejusdem episcopi Szathmariensis declarari, et interpretari, et ad meliorem formam redigere, ac reformare, seu alia de novo, ex integro, ac ut præfertur, eisdem sacris canonibus et decretis concilii Tridentini hujusmodi, et constitutionibus apostolicis prædictis minime ad-

versantia, ac, ut præfertur, examinanda et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub poenis in contravenientes statuendis observanda condere, et postquam condita fuerint toties quoties pro rerum ac temporum conditione et qualitate, vel alias expediens videbitur illa in toto vel in parte corrigere, alterare, mutare, vel in melius reformare, aliaque etiam ex integro de novo de simili ejusdem episcopi Szathmariensis approbatione condere, libere et licite respective possint et valeant, dummodo tamen correctio, alteratio, immutatio, reformatio, et de novo condenda statuta hujusmodi sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, et concilii Tridentini hujusmodi decretis contraria, ut præfertur, non sint eadem apostolica auctoritate licentiam et facultatem concedimus et impertimur.

§. 14. Ac prædicto Francisco imperatori et regi, ejusque successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum coram Nobis et Romano pontifice pro tempore existente personam idoneam ad prædictam episcopalem ecclesiam Szathmariensem per Nos, ut præfertur, erectam, et a primæva illius erectione hujusmodi vacante in episcopum per Nos et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum præficiendam, tam hac prima vice quam in futuris illius vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam prædictam contingentibus, eoque prorsus modo quo alii episcopi ecclesiarum in prædicto regno Hungariæ existentes ad nominationem eandem præfici consueverunt. Nec non aliud jus nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates et canonicatus, et præbendas, et cappellanas per Nos, ut præfertur, respective erectos et erectas hujusmodi tam pariter hac prima vice a primævis illorum et illarum erectione et institutione hujusmodi vacante, quam in singulis illorum et illarum futuris vacationibus personas itidem idoneas apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo reservamus concedimus et assignamus.

Reservatio juris patronatus favore imperatoris, ejusque successorum.

§. 15. Decernentes præsentibus Nostras literas apostolicas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omni-

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irri-
tans.

bus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite vel qualibet causa quantumvis juridica et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas præmissa emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magnò, substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialem et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, pia, privilegiata, etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostræ, et alijs superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu etiam motu, et scientia similibus concessio, et impetrato quempiam uti, seu se jvari in iudicio, et extra illud posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam consistorialiter ex quibusvis causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam si in eis de iisdem præmissis, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties il-

læ emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse, sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore et præminentia fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et defini debere, irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, vel ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et ordinationibus apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et alijs decretis in genere, vel in specie, aut alijs quomodolibet concessis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissio, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis, alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime, ac specialiter et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum

Derogatio contrariarum.

quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executionis apostolici

§. 17. Per præsentem autem prædictum nuncium Nostrum in executionem præsentium Nostrarum litterarum apostolicarum, quoad illarum executionem tantum constituimus, et deputamus, eidemque nuncio facultatem, ut ipse quaecumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam, in hujusmodi executione subdelegare libere, et licite valeat, et tam ipsi quam personæ ab eo subdelegandæ, hujusmodi facultatem, quoque ut ipsi, et eorum quilibet, super quacumque oppositione in actu executionis, hujusmodi adversus præmissa quomodolibet oritura, servatis tamen, quæ fuerint de jure servanda, etiam definitive pronunciare, etiam libere, et licite possint, et respective possit apostolica auctoritate, prædicta concedimus, atque imperimur.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ apostolicæ.

§. 18. Volumus autem, quod prædicta ecclesia cathedralis Szathmariensis per Nos, ut præfertur, erecta juxta redditus prædictos illius mensæ episcopalis, ut præfertur, assignatos, ex gratia tamen speciali ad mille florenos auri de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, dismembrationis, divisionis, separationis, exemptionis, liberationis, concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, applicationis, concessionis, indulti, licentiæ, et facultatis impertitionis, reservationis, concessionis, assignationis, decreti, derogationis, deputacionis, alienationis, facultatis concessionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrariare. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo quarto, quinto idus augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXV.

Erectio sedis archiepiscopalis Agriensis

Pius episcopus,

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **S**uper universas terrarum orbis ecclesias eo disponente, qui cunctis imperat, et cui omnia obediunt, meritis licet imparibus constituti agri Dominici more pervigilis pastoris inspecturi, quid ecclesiarum ipsarum præsertim cathedralium insignium statui, decori, et utilitati sit congruum. Quapropter divino illius fulti præsidio, qui cuncta ex sui benignitate, ad fidelis populi sui salutem disponit omnes quidem ad ea, quæ ad dignitatem, et gradum ecclesiarum hujusmodi augendum pertinent officii Nostri partes libenter convertimus. Atque hoc tanto liberalius, promptiusque curandum censemus, quanto magis explorata christianorum principum regia potestate fulgentium pietas et devotio, et a Nobis expositulata, ac ipsarum civitatum celebritatem, illarumque civium, et populorum suorum simul inspectam qualitatem valde promereri in Domino judicamus.

§. 2. Cum itaque, sicut charissimus in Christo filius Noster Franciscus secundus Romanorum rex in imperatorem electus, ac Bohemiæ, et Hungariæ rex apostolicus Noster, alias exposuit idem Franciscus imperator, et rex ob nimium amplos, atque diffusos limites diœcesis Agriensis undecim quippe comitatus completentis unum tantum episcopum sua pastoralia munia perficere sufficienter minime posse agnovisset, ob id pro animarum subditorum suorum inibi degentium salutis incolumitate, meliorique illarum gubernio, et regimine in suis ditionibus excitando summopere exoptaret modo vacantis ecclesiæ Agriensis, diœcesim hujusmodi in alias adhuc binas diœceses, pro duabus noviter erigendis episcopalibus ecclesiis, per Nos dismembrari, eamque novis limitibus circumscribi episcopatum Agriensem,

Dat. die 12 augusti 1804 anno V.

Expositio precum porrectarum ab imperatore Romanorum.

velut unum, ex vetustissimis regni Hungariæ episcopatibus dignitate etiam perpetui comitatus Hiversiensis, supremi comitis conspicuum, tum propter commodum partium Tibiscanarum in promovendis, et definiendis causis decisioni forum specialium obnoxiiis deserviturum, tum etiam pro majori hæreditarii regni Hungariæ prædicti decore in archiepiscopalem, et metropolitanam sedem elevari. Ac eidem ecclesiæ Agriensi in metropolitana sic erigendæ pro suis suffraganeis præter novas binas ecclesias erigendas hujusmodi, alias adhuc duas vicinas Scepusiensem scilicet, ac Rosnaviensem ecclesias assignari. Nos tam pia studia dicti Francisci imperatoris, et regis obsecundare intendentes dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio in civitate Viennensi in Austria commoranti successive vigore decreti, sub die decima mensis martii currentis anni Domini millesimi octingentesimi quarti a Nobis approbati, ut ipse de causis dismembrationis, et erectionis hujusmodi, illarumque necessitate rite perpensis, juxta instructiones in prædicto decreto contentas, iude referret apostolica auctoritate commisimus. Novissime vero cum ex processu desuper confecto, et a prædicto nuntio ad urbem transmissis acceperimus, quod necessitate hujusmodi dismembrationis diœcesis Agriensis prædictæ, re ipsa existente, si diœcesi hujusmodi novus ambitus, et circumscriptio, ut infra definiretur; ipsa vero Agriensis ecclesia solidæ, et elegantis structuræ sub titulo, et invocatione sancti Joannis ante Portam Latinam pro tempore existenti archiepiscopo Strigoniensi metropolitano jure huc usque subjecta, quæ præcipuum, quoad honorem, jura, et prærogativas sibi vindicat locum, et in qua capitulum duodecim canonicis, duodecim canonicatus, totidemque præbendas respective obtinentibus inter quos scilicet præpositus major nunciatus, qui præposituram inibi post pontificalem majorem, nec non lector, qui lectoratum secundam, et cantor qui cantorum tertiam, nec non custos, qui custodiam quartam, et alius præpositus, qui præposituram beatæ Mariæ virginis de Castro Agriensi nunciatam quintam, et archidiaconatus, qui archidiaconatum

sextam inibi respective dignitates existentes una cum eorum respective canonicatibus, et præbendis ejusdem ecclesiæ Agriensis dictis dignitatibus respective annexis obtinens enumerantur, compositum reperitur, prævia infrascripta ejusdem ecclesiæ Agriensis, illiusque tituli, et cathedralitatis, et dignitatis episcopalis perpetua suppressione, et extinctione in archiepiscopalem, et metropolitanam ecclesiam erigeretur, aliaque infrascripta per Nos et Sedem apostolicam prædictam, et ut infra fierent, et ordinarentur, et maxima quidem infrascriptorum comitatum, et districtuam eidem ecclesiæ Agriensi, ut infra noviter assignandorum respective habitatoribus in specialibus utilitas proveniret, ac libera, et regia civitas Agriensis magis susciperet honoris incrementum.

§. 3. Nos igitur, qui jam hodie præmissis omnibus mature perpensis ipsius Francisci imperatoris et regis precibus Nobis ad id porrectis benigne annuendo unum Abaujvariensem, ac alium Sarossiensem, ac alium Szathmariensem, ac alium Zempliniensem, ac alium Ugoossiensem, et alium Ungariensem, ac alium Bereghiensem, et reliquam Marmaroviensem respective comitatus una cum omnibus, et singulis illorum respective districtibus parochialibus ecclesiis, possessionibus localibus, cappellanis, et cooperaturis ab Agriensi diœcesi prædicta, illiusque futuri et pro tempore existentis præsulis jurisdictione, et superioritate apostolica auctoritate perpetuo disjunctimus et dismembravimus, ac unum sanctæ Elisabethæ civitatis Cassoviensis in prædicto comitatu Abaujvariensi existentem in Cassoviensem, et alteram respective parochiales ecclesias beatæ Mariæ virginis in cælum Assumptæ civitatis Szatmar-Memeihensis in Szathamaniensem respective cathedrales ecclesias eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo ereximus atque instituimus, ac prædictos scilicet Abaujvariensem et Sarossiensem, et Zempliniensem præfatæ Cassoviensis, reliquos vero Szathmariensem, Ugoossiensem, Ungariensem, Bereghiensem, et Marmaroviensem respective comitatus hujusmodi sic, ut præfertur, se junctos, et dismembratos una cum illorum respective districtibus, parochialibus ecclesiis localibus, cappellanis, et cooperaturis prædictis dictæ Szath-

Dismembrationes factæ pro erigenda nova diœcesi.

mariensis respective cathedralibus ecclesiis, ut præfertur, erectis, earumque respective futuris, et pro tempore existentibus præsulibus pro eorum respective territoriis, civitatibus, et diœcesibus eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo adjunximus, ac subjecimus, ac alias prout in diversis aliis Nostris literis desuper expeditis plenius respective continetur. Ut tandem ejusdem Francisci imperatoris, et regis vota in præmissis omnibus absolvantur, ejus precibus, etiam hac in parte Nobis delatis clementer annuere, illorumque Christifidelium spirituali bono ac saluti prospicere volentes.

Idem ut supra.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine in primis tam præfatam ecclesiam Agriensem, ut infra suppressendam, quam alias Scepusiensem, et Rosnaviensem respective cathedrales ecclesias prædictas eidem archiepiscopo Strigoniensi metropolitico jure, et respective subjectas, illorumque respective capitula a metropolitana ejusdem futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis jurisdictione, superioritate, et auctoritate illius consensui, attento quod ipsa metropolitana ecclesia Strigoniensis pastoris solatio destituta reperitur dicta apostolica auctoritate supplendo eadem apostolica auctoritate perpetuo respective eximimus, et liberamus. Dictamque ecclesiam cathedralem Agriensem, et in ea titulum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam cathedralitatis, nec non dignitatem episcopalem eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Erectio civitatis Agriensis in episcopalem, et metropolitam.

§. 5. Ac prædictam civitatem episcopalem Agriensem in civitatem episcopalem, ac metropolitam, cum suis juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates archiepiscopali sede præfulgentes, earumque cives fruuntur, et gaudent, nec non prædictam cathedralem ecclesiam Agriensem sic suppressam, et extinctam in archiepiscopalem, et metropolitam ecclesiam sub eadem sancti Joannis invocatione, et in ea sedem, et dignitatem archiepiscopalem pro uno deinceps futuro archiepiscopo Agriensi nuncupato, qui pallii, et crucis usu aliorum archiepiscoporum more cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa ar-

chiepiscopali, omnibusque aliis archiepiscopalibus insigniis, privilegiis, honoribus, et prærogativis archiepiscopo debitis, ac concessis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis quibus aliæ metropolitanæ ecclesiæ, earumque præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, vel privilegio particulari utantur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo erigimus atque instituimus. Ac nomine titulo, et honore sedis archiepiscopalis, et metropolitanæ dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque decoramus, ac futurum, et pro tempore existentem dictæ metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ præsulem in archiepiscopum dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo declaramus. Eique ut cætera singula prout metropolitanis in eorum civitatibus, diœcesibus, provinciis a jure indultum existit facere, exercere, administrare, et exequi possit, simili apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus, et indulgemus.

§. 6. Ac præterea eidem metropolitanæ ecclesiæ Agriensi per Nos, ut præfertur, erectæ præfatas Cassoviensem, et Szathmariensem per Nos hodie similiter, ut præfertur, erectas, earumque futuros, et pro tempore existentes præsules, nec non Scepusiensem, et Rosnaviensem respective cathedrales ecclesias prædictas, earumque pariter modernos, et pro tempore existentes episcopos pro ejusdem futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis suffraganeis, qui tamquam membra capiti eidem futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi metropolitico jure subsint; ita quod ipse futurus, et pro tempore existens archiepiscopus Agriensis in Cassoviensi, et Szathmariensi, ac Scepusiensi, et Rosnaviensi respective civitatibus, et diœcesibus jus metropoliticum sibi vindicet, nec non Cassoviensi, et Szathmariensi, ac Scepusiensi, et Rosnaviensi ecclesiæ prædictæ eidem futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi ad omnia, et singula teneantur, et sint adstrictæ, ad quæ suffraganei suis metropolitanis ecclesiis, et illarum metropolitanis

Assignatio ecclesiarum suffraganearum.

tenentur, et obligati sunt, et obligantur secundum canonicas sanctiones dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, et assignamus. Ac eidem futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi præfatos suos suffraganeos consecrandi, ad provinciales synodos evocandi, ac cum eis etiam publica negotia terminandi, et causas quarumcumque appellationum, sive querelas allatas ad eum tanquam metropolitanum, juxta decreta concilii Tridentini devolutas, ac allatas juxta sacrorum canonum statuta spectantes agnoscendi, omniaque alia, et singula quæ de jure, vel consuetudine, aut alias quomodo ad archiepiscopos, et archiepiscopale munus spectare, et pertinere solent, et debent faciendi, gerendi, exercendi, et exequendi plenam, et liberam auctoritatem concedimus, et facultatem.

Concessio privilegiorum pro capitulo metropolitano.

§. 7. Et insuper præfatos modernos, et pro tempore existentes capitulum, dignitates, et canonicos ipsius cathedralis ecclesie Agriensis, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ in capitulum, dignitates, et canonicos ejusdem metropolitane ecclesie Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ cum omnibus honoribus, prærogativis, et juribus, quæ ecclesiarum archiepiscopaliū capitulū de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliis quomodolibet, non tamen ex indulto particulari conveniat, et competunt eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque substituimus, et subrogamus. Cum hoc tantum quod quilibet ex dictæ metropolitane ecclesie Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ canonicis nunc, et pro tempore respective existentibus summam millium, et quingentorum florenorum monetæ illarum partem pro sui præbenda percipere, et tam primodictus præpositus major, ut præfertur, nunciatus quam secundo dictus præpositus nunc, et pro tempore respective existentes ultra dictam summam; primodictus præpositus videlicet ex bonis primævæ erectionis quartam partem illorum fructuum, reddituum, et proventuum summam millium florenorum hujusmodi monetæ constituentium habere, et percipere; præpositus vero secundodictus duas villas ex antiqua pariter fundatione, quæ simul summam his millium florenorum dictæ

monetæ circiter annuatim, ut accepimus, inferunt cum obligatione in duos vicarios pro chori, et missarum celebrationis respective oneribus adimplendis manutenendi possidere respective debeant.

§. 8. Ac pro ambitu novæ archidiececisi Agriensis ubi futurus, et pro tempore existens archiepiscopus Agriensis semper residere debet comitatum Heressiensem, et in eo unam Heressiensem, ac aliam Maklariensem respective oppidorum, ac aliam Erdo Felch, ac aliam Fuzes Abonij, ac aliam Kiskova, ac aliam Komlo, ac aliam Mezo Farchany, ac aliam Pely, ac aliam Poroszlo, ac aliam Sarad Tarasz Mibios, ac aliam Fizna Nana, et reliquam Bessemsò respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, nec non Ivanha Jarmos respective locales cappellanas, ac unam Fuzes Abony, ac aliam Hesess, ac aliam Maklar, ac aliam Mezo Tarhany, et reliquam Erdo Felch respective nunciatas cooperaturas respective contentas. Nec non districtum medium Heressiensem, et in eo tres scilicet civitates Agrienses, ac aliam oppidi Herpeleth, nec non aliam Fel Debro, ac aliam Al Debro, ac aliam Domszlo, ac aliam Eger Szalok, ac aliam Fel-Nemeth, ac aliam Felto Nana, ac aliam Kal, ac aliam Kapolna, et reliquam Keretsend respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac unam Bakra, ac aliam Markatsz, et reliquam Szolath respective nunciatas locales cappellanas, nec non unam Eger Szalok, ac aliam Kal, ac aliam Kapolna, ac aliam Herpeleth, ac alias quinque in Agria existentes respective cooperaturas, respective etiam contentas; nec non districtum super Hevesiensem, et in eo pariter unam Petervasara, ac aliam Balla, ac aliam Batonii, et aliam Batos, ac aliam Bodonii, ac aliam Eschi, ac aliam Doroghaza, ac aliam Erdo Hoverd, ac aliam Retsk, ac aliam Sirok, et reliquam Szenth-Ersebeth respective oppidorum respective parochiales ecclesias; nec non unam Bator, ac aliam Bodony, ac aliam Retsk Petervasaram, ac aliam Sirok, et reliquam Sz. Ersebeth respective nunciatas cooperaturas; ac districtum Trans-Tybianam, et in eo unam Figred, ac aliam Kun Sz. Martony respective oppidorum, ac aliam Dera

Præfinitio ambitus novæ archidiececisi.

Vanya, ac aliam Kardzay Uiszallas, ac aliam Kenderes, ac aliam Ko-Felck, ac aliam Nagy Ivany, ac aliam Nagy Koni, ac aliam Fizza-Bed, ac aliam Fizza-Ors, ac aliam Fizza Pispotas, ac aliam Fizza Szaloh, ac aliam Joroh Sz. Mihlos, et reliquam Fior Kerc respective possessionum, seu terrarum respective parochiales ecclesias, ac duas Kunc Sz. Martony respective nunciatas cooperaturas respective comprehensas; ac districtum Ioser Patheri, et in eo duas scilicet oppidi Gyongyos, et unam Adats, ac aliam Botzonad, ac aliam Deth, ac aliam Erf, ac aliam Függed, ac aliam Gyongyos Halarz, ac aliam Gyongyos Tarjany, ac aliam Karatsond, ac aliam Nagy Rede, ac aliam Mera, ac aliam Sar, et aliam Solymos, ac aliam Vamos Gyorh, et reliquam Visznek respective possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias, ac unam Gyongyos, et alteram Visonta respective locales cappellanas. Ac tres scilicet Gyongyos, ac aliam Deth, ac aliam Erh Karassond, ac aliam Sar Adats Gyongyos, et reliquam Halasz respective etiam nunciatas cooperaturas respective pariter contentas. Ac itidem districtum super Pathen, et in eo pariter unam oppidi Pasztó, ac aliam Aptz, ac aliam Esani, ac aliam Etsed, ac aliam Tantsal, ac aliam Orth, ac aliam Pata, ac aliam Szardoh Pyspohi, et reliquam Tar respective possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias, nec non duas Pasztó, ac aliam Horth, ac aliam Pata Faatsal, et reliquam Csany respective nunciatas cooperaturas respective pariter contentas. Ac itidem districtum Jarygio, et in eo unam Avok Trallas, ac aliam Jasz Apathus, ac aliam Jasz Bereny, ac aliam Hatyan, ac aliam Alsosz Gyorgy, ac aliam Bessentroy, ac aliam Dosa, ac aliam Felso Sz. Gyorgy, ac aliam Feng Szara, ac aliam Idkohalma, et aliam Kiss Er-respective oppidorum, ac aliam Ladamy, et reliquam Michafy Telke respective possessionum, seu terrarum respective, et parochiales ecclesias; nec non unam Alto Szent-Gyorgy, ac tres Aroh Szalas, ac alias tres Jarz Apalthi, ac alias tres Jasz Bereny, ac duas Fengy Szara, ac unam Ladany Jakoalma, ac aliam Dosa Felso Sz., et reliquam Gyorgy respective cooperaturas respective pariter contentas. Ac itidem comitatum

Börsödiensem, nec non districtum Varkonyiensem, et in eo una scilicet Arló, ac aliam Balatony, ac aliam Osernely, ac aliam Domahaza, ac aliam Sajo Nemethy, ac aliam Sata et reliquam Varkonii respective possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias, ac unam Arlo, et alteram Varkones respective cooperaturas respective etiam contentas. Ac districtum pariter Szendroviensem, et in eo unam scilicet oppidi Aparfalva, ac aliam Danhorvath, ac aliam Galgoez, ac aliam Sajocz Peter, ac aliam Szirak, ac aliam Szendrö, ac aliam Szukogy, et reliquam Edelems respective possessionum, seu terrarum respective pariter parochiales ecclesias, ac unam localem cappellaniam Szent Jakab nunciatam, ac duas Aparfalva, ac aliam Szirak, et alias duas Szendrö respective, et possessionum, seu terrarum respective quoque cooperaturas pariter respective contentas. Ac itidem districtum Missholeziensem, et in eo pariter unam oppidi Missolez, ac aliam Aszaló, ac aliam Goromboly, ac aliam Hamor, ac aliam Harsany, ac aliam Palhonya, ac aliam Sajo-Lad, ac aliam Sajo Szoged, ac aliam Szirma Besseno, et reliquam Fiszakiert respective et possessionum, seu terrarum respective, etiam parochiales ecclesias; nec non unam Onod, ac aliam Uiscutta, ac aliam Felso-Zsoltza, et reliquam Malgi respective locales cappellanas, nec non et unam Aszaló, ac aliam Harsany, ac aliam Dios Gyoo, ac alias duas Mysholez respective quoque cooperaturas itidem respective contentas. Ac ulterius districtum Mezo-Kovesdiensem, et in eo simili unam scilicet Abraham, et aliam Arok Fo, ac aliam Boyat, ac aliam Felso Sarhany, ac aliam Hereszles Pispoly, ac aliam Kiss-Tallya ac aliam Mezo-Koveds, ac aliam Novois, ac aliam Szent Istoams, ac aliam Szihalom, ac aliam Szomolya, ac aliam Sard, ac aliam Tybold-Darotz et reliquam Iseroz respective possessionum, seu terrarum respective, etiam parochiales ecclesias. Ac unam pariter Babolna, ac aliam Saly, et reliquam Szemuse respective et locales cappellanas, et similiter unam Hiss-Tallya, ac duas Meso-Hoverd, ac aliam Szent-Istrany, et reliquam Jan respective cooperaturas pariter respective contentas. Et insuper comitatum Szabolcensem, ac districtum pariter Nagy Kallovien-

sem, et in eo similiter unam Nagy Kalló, ac aliam Nyir Egyhasa respective oppidorum, ac aliam Nyir Bator, ac aliam Orosz, ac aliam Posts-Petri, ac aliam Rakomaz, ac aliam Ratzfyerto, ac aliam Uj-Vensello, et reliquam Zathad respective etiam possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias. Ac itidem unam Berzel, et aliam Ibrany, ac aliam Nyir-Adony, et aliquam Bogdany respective etiam possessionum, seu terrarum respective locales cappellanas, nec non unam cooperaturam Rakomatz nunciatam respective pariter contentas. Ac similiter districtum Kiss-Vardensem, et in eo unam pariter oppidi Kiss-Varda, ac aliam Lithe, ac aliam Bokta, et aliam Leyelek, ac aliam Napkor, et reliquam Tass respective etiam possessionum, seu terrarum respective quoque parochiales ecclesias. Et similiter unam Ajak, et alteram Kopots-Apathy respective locales cappellanas similiter respective contentas. Ac demum districtum Polgaviensem, et in eo pariter unam scilicet oppidi Polgar, ac aliam Egyck, ac aliam Lok, et aliam Nadudvar, ac aliam Piispok-Ladany, ac aliam Szobozló, et reliquam Sardos respective etiam possessionum, seu terrarum respective etiam parochiales ecclesias, et unam cooperaturam Polgar nunciatam respective itidem contentas, nec non utriusque sexus personas, habitatores, et incolas tam laicos quam ecclesiasticos, presbyteros, beneficiatos, religiosos non tamen exemptos eujuscumque status, gradus, et conditionis existant in supradictis comitatibus, et districtibus respective existentes, et commorantes præfate metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ, illiusque futuro, et pro tempore existenti archiepiscopo pro suis civitate, et diocesi, ac clero, et populo apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo concedimus, et assignamus, ac ordinariæ, et metropolitanæ futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Agriensis jurisdictioni, potestati, et auctoritati similiter apostolica auctoritate perpetuo quoque supponimus, et subjicimus.

Assignatio dotis mensæ archiepiscopalis.

§. 9. Et insuper mensæ archiepiscopali Agriensi pro illius dote, et ad hoc ut futuras, et pro tempore existens archiepiscopus Agriensis præ-

sulis dignitatem decenter tueri valent, annuam summam sexaginta millium florenorum dictæ monetæ ex fructibus, redditibus et proventibus bonorum archiepiscopaliæ, ut ex decimis regis proveniente, et a prædicto Francisco imperatore et rege perpetuis temporibus præfinitam eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo constituimus et assignamus.

§. 10. Eidemque futuro et pro tempore existenti archiepiscopo Agriensi pro sua decenti habitatione palatium prope cathedralem ecclesiam Agriensem, ut præfertur, suppressam et extinctam, et in metropolitana ecclesia, ut præfertur, erectam existens, quod pro episcoporum Agriensium hoc usque inservit, apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo adscribimus atque concedimus.

§. 11. Ac præterea eidem Francisco imperatori et regi, ejusque in regno Hungariæ prædictæ successoribus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixam Nobis, ac Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad prædictam metropolitanam ecclesiam Agriensem per Nos, ut præfertur, erectam, et a primæva illius erectione hujusmodi vacantem in archiepiscopum per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum præficiendam, tam hac prima vice, quam in singulis illius futuris vacationibus quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam contingentibus, eoque prorsus modo quo ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi olim episcopi Agrienses ab apostolica Sede prædicta præfici consueverunt. Nec non aliud illud jus nominandi, seu præsentandi coram ordinario loci ad dignitates et canonicatus, et præbendas dictæ metropolitanæ ecclesiæ Agriensis per Nos, ut præfertur, erectæ quovis modo pro tempore vacaturas, et vacaturos personas itidem idoneas, ut antea apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

§. 12. Decernentes easdem præsentantes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiiri et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore

Concessio domus ad archiepiscopo inhabitandæ.

Reservatio juris patronatus favore imperatoris, ejusque successorum.

Clausulæ salutaris, et irritantes.

quomodolibet spectabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eadem præsentibus emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultantæ, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisquæ læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostræ, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et scientia similibus concessio, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se jvari in judicio vel extra illud posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas, aut cameræ apostolicæ regulas quomodocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium ad summum apostolatus apicem etiam motu et scientia similibus, etiam consistorialibus ex quibusvis causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam si in eis de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac

data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendere; sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate fungentes, ac honore et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari et definiri debere; irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 13. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ Agriensis, ut præfertur, suppressæ et extinctæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus et personis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu et scientia similibus pro tempore concessis, et concedendis; quibus omnibus et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, illorumque omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentibus.

Derogatio a contrariis.

tes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudinæ paribus, harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici.

§. 14. Per præsentem autem præfatum nuncium Nostrum in dicta civitate Viennensi, ut præfertur, commemorantem, in executorem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum; quoad illarum executionem tantum apostolica auctoritate prædicta deputamus, eidemque nuncio facultatem, ut ipse quancumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in executione prædicta subdelegare libere et licite valeat. Ac tam ipsi, quam personæ ab eo subdelegandæ hujusmodi facultatem quoque, ut ipsi, et eorum quilibet super quacumque oppositione in actu executionis hujusmodi adversus præmissa, quomodolibet oritura servatis tamen, quæ fuerint de jure servanda etiam definitive pronunciare, libere quoque, et licite possint, ac respective possit, eadem apostolica auctoritate concedimus, et imperimur.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris camere apostolicæ.

§. 15. Volamus autem, quod prædicta metropolitana ecclesia Agriensis per Nos, ut præfertur, erecta; juxta ejus redditus ex gratia speciali ad ter mille florenos auri de novo taxari, et hujusmodi taxa in libris camere apostolicæ describi debeat, quodque in dicta metropolitana ecclesia Agriensi per Nos, ut præfertur, erecta futurus illius archiepiscopus pœnitentiariam præbendam, ad præscriptum concilii Tridentini instituat, ejus conscientiam desuper onerando.

Sanctio poenalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ exemptionis, liberationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, decorationis, declarationis, concessionis, indulti, auctoritatis, ac facultatis concessionis, substitutionis, subrogationis, assignationis, adscriptionis, reservationis, licentiæ, et facultatis impertitionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri

et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quinto idus augusti, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXVI.

Dat. die
14 augusti
1804
anno V.

Erectio in insignem collegiatam cum indulto gestandi cappam pro archipresbytero, mozzetam vero violaceam supra rochetum pro canonicis in perpetuum pro ecclesia matrice de Davoli Squillacensis diocesis.

Dilecto filio vicario capitulari ecclesiæ Squillacensis, illius episcopali sede vacante, legitime deputato.

Pius PP. VII.

Dilecte fili salutem
et apostolicam benedictionem

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderati archipresbyter, et cappellani matricis ecclesiæ sub titulo sanctæ Barbaræ virginis, et martyris oppidi de Davoli Squillacensis diocesis, quod cum ecclesia ipsa sufficienti patrimonii amplitudine, templi capacitate, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, christianique populi frequentia inter alias istius diocesis floreat, divinus in ea cultus, fideliumque devotio majora ibi susciperet incrementa, si eadem ecclesia in collegiatam per Nos, et hanc sanctam Sedem erigatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignemur.

Expositio præcæm.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quæcumque de causa latis, si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censen-

Tenor concessionis.

tes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuæ, attento quod sedes episcopalis Squillacensis ad præsens vacat, per præsentis committimus et mandamus, quatenus prævia absolute a præterito, quia archipresbyter, et cappellani insignia abusive gestarant, ut ecclesiam sanctæ Barbaræ prædictam in insignem collegiatam cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, præeminentiis, exemptionibus, et indultis, quibus aliæ ecclesiæ collegiatæ huiusmodi quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, vel uti, frui, et gaudere consueverunt, auctoritate Nostra apostolica erigas, ac talem in futurum perpetuo esse, et fore constituas, eandemque ecclesiam collegiatam insignem nuncupari, archipresbyterum dignitatem, et cappellanos canonicos pariter nuncupari, et haberi decernas, eorumque capitulares constitutiones, si ad normam sacrorum canonum fuerint exaratae, adprobes, atque confirmes. Nec non eisdem modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus archipresbytero cappam magnam violaceam tela serica alba subsutam cum pellibus armellinis, canonicis vero mozzetam pariter violaceam limbo viridi circumdatam, supra rochetum tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque respective gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, eadem auctoritate concedas, et indulgeas.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostris apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostris super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec

non, quatenus opus sit, dictæ ecclesiæ etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostris anno quinto.

CCCXVII.

Erectio terræ Fortii in civitatem.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **P**aterna, quam de Nostris Procerum, et apostolicæ Sedis in temporalibus subditis gerimus cura, et sollicitudo postulat, ut locorum, et terrarum, quæ constanti in sanctam Romanam Sedem fide, et devotione eminuere, et eminenti novis prærogativis, et honorificentissimis decoremus.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii universitas, et homines terræ Nostræ Fortii Montis Alti diocesis, terra ipsa cum ob suam in eandem Romanam Sedem fidelitatem, sinceram, et incussam devotionem, tum etiam ob bellicam virtutem ab Innocentio IV. Nicolao itidem IV. Urbano VI. Eugenio IV. aliisque Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris multis, et amplis privilegiis locupletata fuerit, atque ornata, cumque eadem terra

Dat. die
14 augusti
1804
anno V.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans

Derogatio con-
traciorum,

Expositio præ-
cum.

a vetere suo splendore, et avitis virtutibus non modo non exciderit, sed etiam virorum ecclesiasticorum probitate, et doctrina, magistratum prudentia, sacrarum ædium splendore, populique frequentia, et devotione superioribus temporum procellis magis perspecta, et probata, non mediocriter floreat, ac etiam collegiata insignis auctoritate apostolica, ut asseritur, illic erecta reperitur, itemque fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum conventus existat, nihilque eorum desideretur, quæ ad civitatem efformandam videntur opportuna, Nobis propterea eadem universitas, et homines humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui terram prædictam, illiusque universitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiori quodam benevolentia Nostræ complectimur affectu, terram ipsam novo apostolicæ beneficentiæ munere donare, et amplioris beneficentiæ prærogativa decorare volentes, ipsiusque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito dilecto filio magistro congregationis cardinalium negotiis civitatum, et terrarum status secretario, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine terram Fortii prædictam in civitatem Fortii nuncupandam tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituimus, eique civitatis titulum, ac denominationem, cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ ceteris omnibus ditionis Nostræ pontificiæ civitatibus competere dignoscuntur, nec non magistratui ejusdem terræ in civitatem, ut præfertur, erectæ consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu quibus uti possunt pariformiter, et absque ulla differentia gau-

dere, potiri, et uti posse concedimus, et impertimur, ac ejusdem terræ incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen, ut nunc; et pro tempore existens episcopus Montis Alti in ea residere minime teneatur; sed terra hujusmodi in civitatem sic erecta cathedrali ecclesiæ Montis Alti, ut prius, subjecta remaneat.

§. 4. Decernentes easdem præsententes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas præsententes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia, quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam eorum, enormissimæ, et totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, et inexcogitato, ac inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvari posse, sed ipsas præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, snosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarium, ac alios cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus

Clausula sublata, et decretum irritum.

super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus apud sit, dictæ terræ, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXVIII.

Dat. die
17 augusti
1804
anno V.

Concessio tituli, et honoris basilicæ minoris favore ecclesiæ cathedralis Recinatensis

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. In summo apostolatus apice meritis licet imparibus constituti ad ecclesiarum omnium statum, quarum Nobis a Deo commissa est cura, propensis studiis animum jugiter adjicientes, illarum honorificentiam, et splendori, quantum cum Domino possumus, libenter consulimus.

Expositio præcæ.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis exponi fecerunt dilecti filii capitulum et canonici cathedralis ecclesiæ Recinatensis, ipsa ecclesia antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi majestate, ac nitore, sacrarumque

ministrorum in eo Altissimo famulantium numero, probitate, et doctrina non mediocriter floreat, ac præterea ipsa civitas Recinatensis singularissimo a Deo beneficio sit affecta, jam ex eo, quod celeberrimum in universo terrarum orbe sanctuarium Alma scilicet Domus, in qua *verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, in ejus territorium e Dalmatia fuerit divinitus translata multum splendoris, et ornamenti ad dictam ecclesiam accederet, atque divinus in ea cultus majora susciperet incrementa, si eadem cathedralis ecclesia per Nos aliqua nova illustriori prærogativa donetur. Nobis propterea capitulum, et canonici prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eandem cathedralem ecclesiam Recinatensem in basilicam minorem cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, præminentis, exemptionibus, et indultis, quibus aliæ ecclesiæ basilicæ minores quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui et gaudere consueverunt, auctoritate apostolica tenore præsentium erigimus, ac talem ex nunc in futurum perpetuo esse, et fore decernimus, dictamque ecclesiam basilicam nuncupari, et haberi volumus.

Tenor concessionis.

§. 4. Decernentes præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum,

Clausula sublata, et decretum irritans.

et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ ecclesiæ, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
21 augusti
1804
anno V.

CCCXIX.

Facultas mansionariis beneficiatis cathedralis Feretrane, ut loco almutiarum mozzetam nigram cum asulis, et globulis cremisini coloris gestare possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhaerentes illud sæpe concedendum arbitramur, ut viri Altissimo in templis magis conspicuis famulantes peculiaribus indumentis ad eorum munus exprimendum aptis utantur, quo externus etiam splendor quodammodo ad internum addatur, atque christiani populi in eos reverentia angeatur.

Expositio, precum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ cathedralis Feretrane, felicis recordationis Pius pp. VI. prædecessor Noster sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica ejusdem ca-

thedralis dignitati, et canonicis tam nova splendiora insignia deferenda indulserit, cumque major cohærentia inesset, ac plus honorificentiae adjungeretur, si quatuor etiam ipsius cathedralis mansionarii beneficiati novis decorentur insigniis. Nobis propterea humiliter supplicari fecerant, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes, et beneficiatos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, moderatis, et pro tempore in perpetuum existentibus mansionariis beneficiatis dictæ cathedralis, ut loco almutiarum, quas adhuc gestare consueverant, mozzetam nigram cum asulis, et globulis cremisini coloris tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibuscumque processibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuslibet supra cottam gestare, illisque nisi libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque mansionarios beneficiatos desuper a quoquam impediri, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
31 augusti
1804.
anno V.

CCCXX.

Unio, et applicatio cujusdam cappellaniam una cum ejus oneribus parochiali ecclesie Agelli commissa ordinario pro moderno paroco villae Agelli Spoletanae diocesis.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio pre-
cum.

§. 1. Nuper Nobis, exponi fecit dilectus frater Franciscus Talenti parochus ecclesie s. Martini villae Agelli Spoletanae diocesis, ecclesiasticam cappellaniam per quemdam jam vita functum Angelum Marinetti ejusdem villae erectam testamento fuisse cum onere, ut cappellanus pro tempore duas missas quarta feria, et sabbato cujuslibet hebdomadae sive in Beatae Mariae Virginis Gratiarum castri sanctae Anatoliae, sive in sancti Martini villae Agelli ecclesia celebrare (licet nunc ex rescripto apostolico celebrentur in sancta Anatolia diebus festis,) nec non scholam publicam in eodem castro peragere, puerosque ibi tum christianae fidei, tum literarum rudimentis deberet imbuere, jure ad cappellaniam hujusmodi nominandi ac praesentandi hominibus et consiliariis dicti castri relicto: bona tamen haereditaria, super quibus cappellaniam testator fundaverat, auctoritate apostolica, hospitali infirmorum Spoletanae civitatis addicta, applicataque subinde fuisse, injuncta hospitalis administratoribus deputatis obligatione solvendi quotannis scutata sexaginta cappellano praedicto, firmaque remanente recensitis hominibus et consiliariis nominatione ad cappellaniam juxta ordinationem testatoris. Sed progressu temporis graves in tali nominatione abusus irrepisse, quos inter memoratur frater minorum observantium sancti Francisci a consiliariis et hominibus castri nominatus, ac pro lubitu institutus in cappellanium, eoque e vivis sublato, licet elapsi essent menses, quin ullus de novo nominatus fuisset, ac de suo propterea dicti consilarii, et homines nominationis jure excidissent, nihilominus nominarunt presbyterum

nullo quidem ad assequendam cappellaniam impedimento detentum, sed illum ordinario nomine praesentarunt, atque ut ab ordinarii curia canonice institueretur, penitus despererunt. Hinc ut omnia in posterum rite recteque fiant, et major quoque ex hujusmodi cappellania universo illarum partium populo redundet utilitas, videri exponenti summo opere profuturam, si eadem cappellania decernatur administranda perpetuo parochis pro tempore villae Agelli; tum quia isthaec villa non longe abest a castro s. Anatoliae, ac velut in medio consistit locorum, quae castri ambitu continentur; tum quia data Agelli parochis perpetuitate magistrarii publici a cappellaniae fundatore praescripti totius consulitur de optata idoneitate magistri, tum quia et magnum ex hinc accedet emolumentum parochiali ipsi ecclesiae Agelli, cujus redditus, admodum sane tennes in praesenti, aucti deinceps per cappellaniam hujusmodi, accersituri erunt rectores, qui defectu congruae non facile, nec cito, uti saepe factum est, ecclesiam deserant, et de Eucharistiae sacramento, quod ecclesiae paupertas custodire non sinit, jugiter asservando curam suscipiant. Quapropter rogare humiliter, ac exorare, ut Nos in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut constituto tibi de narratis, ac interesse habentibus in scripto auditis, servatoque hominibus et consiliariis castri sanctae Anatoliae jure nominationis, jam scilicet, ut ipsi deinceps parochum villae Agelli semper praesentare debeant, atque praesentent, memoratam cappellaniam eidem paroco exponenti, ejusque pro tempore successoribus cum oneribus tum habendi publice in villa Agelli scholam praedictam, tum

Tenor concessio-
nis.

celebrandi, seu celebrari faciendi diebus festis in villa ipsius ecclesie missas a dicto fundatore ordinatas, tum jugiter asservandi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in eadem ecclesia, auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia adjudices, atque attribuas, eandemque cappellaniam parochiali ecclesiæ villæ Agelli sic, ut præfertur, incorpores ac perpetuo unias.

Derogatio con-
traciorum.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima augusti millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
7 septembris
1804
anno V.

CCCXXI.

Facultas Ubaldo Cassina archipresbytero Placentino utendi rocchetto, et palmari pro se, et successoribus in perpetuum.

Dilecto filio Ubaldo Cassina familiari Nostro, et parochialis plebaniæ ecclesiæ de Pomario Placentinæ civitatis archipresbytero.

Pius PP. VII.

Dilecte fili
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Proemium.

§. 1. Sincere fidei, ac devotionis affectus, quem erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobaris, aliaque virtutum merita, quibus te præditum esse accepimus, Nos inducunt, ut honorificentia tuæ, successorumque tuorum archipresbyterorum libenter consulamus.

Expositio pro-
eum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecisti, quod tu, qui (ut asseris) sacræ theologiæ doctor, et plebaniæ parochialis, et (ut asseritur) collegiatae ecclesiæ de Pomario sub titulo sancti Vitalis Placentinæ diocesis archipresbyter, et prima dignitas existis, ac etiam inter prelatos No-

stros domesticos es recensitus, quo major eidem archipresbyterali dignitati splendor accedat, facultatem deferendi rocchetum, utendique palmari, vulgo bugia, tibi, successoribusque tuis per Nos concedi plurimum desideras.

§. 3. Nos itaque, attentis etiam desuper relationibus venerabilis fratris Gregorii episcopi Placentini, te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, successoribusque archipresbyteris dictæ ecclesiæ sancti Vitalis in perpetuum, ut rocchetum tam in dicta ecclesia, quam extra eam in quibusvis processibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, nec non palmari vulgo bugia, in quibusvis presbyteralibus functionibus uti libere, et licite possis, et valeas, dictique tui successores pariter possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, teque, successoresque predictos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritam et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Tenor consec-
sionis.

§. 4. Non obstantibus fe. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio con-
traciorum.

CCCXXII.

Dat. die
8 septembris
1804
anno V.

Confirmatio decreti pro beneficiatis
basilicæ Vaticanæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Precium.

§. 1. Inter multiplices, quæ in commisso Nobis apostolatu Nos undique urgent, sollicitudines nihil habere antiquius duximus, quam fidelium mentes, eorumque magis, qui in sortem Domini vocati sunt, in mutue dilectionis, perpetuæque concordie officiis tneri, ut unanimes semper corde, et spiritu pacem invicem habeant inter se, et in vinculo pacis tamquam corpus compactum charitate perfecta singula corporis membra crescant, in illo per omnia, qui est caput Christus.

Expositio precium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis dilecti filii beneficiati basilicæ Vaticanæ fecerunt, editum nuper esse vi specialis Nostræ delegationis legale decretum, quod benevolam Nobis ipsorum respicit cœtum, tenoris ut sequitur.

Henricus miseratione divina episcopus Ostiensis, et Veliternensis cardinalis dux Eboracensis nuncupatus, sacri collegii decanus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vice cancellarius, basilicæ principis apostolorum de urbe archipresbyter, ecclesiæ sancti Laurentii in Damaso commendatarius.

Tenor decreti

§. 3. Ad fovendum mutue charitatis studium, quam pro munere nostro in clero Vaticano magis in diem clarescere vehementer optamus, voluntatique obtemperantes summi pontificis, qui nobis in mandatis dedit, ut modum statueremus, quo in posterum convenire debeant canonici, ac beneficiati Vaticanæ basilicæ, quando pari numero ad suffragium simul ferendum, seu ad consulendum utriusque cœtui jus est. Utendo tum facultatibus dignitati nostræ competentibus, tum apostolica qua fungimur delegatione, vigore rescripti præinserti diei 13. augusti decernimus, statuimus, ac mandamus, ut uterque tum canonicorum, tum bene-

ficiatorum cœtus mutuo honore, ac benevolentia se se prosequentes, eo ordine in aula capitulari in posterum sedeant, consulant, ac suffragium ferant, ut canonici dexterum aulæ latus teneant, beneficiati vero sinistrum. Sedilia vero, quæ quoad structuram immobilia, et æqualia modo sunt, ita perpetuo sint, et persistent. Canonicorum sedilia aulæ instructa atque ornata sint una cum substrato; beneficiatorum vero substrato tantum panni viridis coloris; ita ut sedilia canonicorum hoc præscripto modo uti nobiliora, ac sublimiora habeantur, beneficiatorum vero inferiora uti præferunt notissima decreta s. Visitationis, quæ sane decreta attentis rerum omnium circumstantiis in præsentem casu, nec non facultatibus nobis ut supra competentibus, ita accipienda, interpretanda, atque exequenda esse declaramus, decernimus, statuimus, mandamus, ac volumus, atque ita auditis etiam tum voce, tum scriptis utriusque partis deputatis, sublata omni lite perpetuum silentium utrique parti imponimus.

Ita etc. omni etc.

Datum Tusculi die 15 sept. 1804.

Henricus card. archiep.

§. 4. Quo vero decretum hujusmodi firmiter subsistat, exactiusque servetur, illud per Nos beneficiati prædicti auctoritate apostolica approbati, et confirmari vehementer desiderant, enixisque humiliter precibus a Nobis efflagitant. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum, ac omnia, et singula in eo contenta, auctoritate apostolica tenore præsentium rata, et valida habemus, et declaramus, illisque perpetuum, ac inviolabile apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, et singulos, tam juris, quam facti defectus, si quos desuper quo-

Confirmatio apostolica.

modolibet intervenisse contingerit, plenarie sanamus, atque supplemus.

Clausula sub-
lata et decre-
tum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentis litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac prædictis beneficiatis, eorumque pro tempore successoribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, memoratæ basilicæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXIII:

Dat. die
11 septemb.
1804.
anno V.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super adprobatione electionis s. Sebastiani martyris in protectorem principalem loci de Lanxaron Granatensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, populusque loci de Lanxaron Granatensis diocesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis, videlicet.

Expositio præ-
cum.

§. 2. Sacrorum Rituum congregatio, referente eminentissimo et reverendissimo domino cardinale Litta ponente, ad humillimas preces cleri, et populi loci de Lanxaron Granatensis diocesis, supplicantium pro confirmatione electionis sancti Sebastiani martyris in patronum principalem dicti loci nuper ab iisdem factæ, accedente etiam assensu reverendissimi archiepiscopi, cum noverit huiusmodi electionem servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto same. Urbani pp. VIII. die xxiii. martii MDCXXX. edito, legitime factam fuisse, eandem confirmavit, et approbavit, prædictique s. Sebastiani sic in patronum principalem electi festivitati prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit. Die i. septembris MDCCCIV.

Tenor decreti
editi a sacra
congregatione
Rituum.

Julius Maria cardinalis de Somalia S. R. C. præfectus.
M. A. Cattaneo S. R. C. secr. etc.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere deriderent, Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis mo-

Confirmatio
apostolica.

do, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ villæ, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXIV.

Dat. die 11 septemb. 1804. anno V.

Pensio super fructibus mensæ episcopalis Tirasonensis, alias favore hospitii Cæsaraugustani reservata nunc in perpetuum beaterio civitatis Tirasonensis assignatur.

Pius episcopus
Servus servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In supremo apostolicæ Sedis solio, Romanus pontifex, cum potestatis plenitudine a Domino collocatus, ea omnia, quæ pro locorum piorum existentia, et congrua dotatione necessaria dignoscuntur, nunquam concedere dubitat, prout in Domino salubriter conspicit expedire.

Proemium.

§. 2. Significavit Nobis dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna, charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, apud Nos, et apostolicam Sedem plenipotentarius administer, ex parte et nomine ejusdem Caroli regis, quod pro meliori existentia loci pii hospitii nuncupati in civitate Tirasonensi erecti, attenta illius reddituum tenuitate, mediante infrascriptæ pensionis assignatione, a Nobis plurimum prædicti hospitii sustentationi consultum foret.

Ratio concessionis

§. 3. Cum autem alias super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ episcopalis ecclesiæ Tirasonensis pensio annua quatuor centum trium ducatorum auri de camera, et juliorum decem monetæ Romanæ favore loci pii beaterii nuncupati, sive domus eruditionis civitatis Cæsaraugustanæ apostolica auctoritate ad quatuordecim annos pluribus vicibus prorogatos reservata reperiatur, ideo si pars ejusdem pensionis, in summa videlicet biscentum octodecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum novem monetæ Romanæ, cum tribus quartis ejusdem julii a beaterio prædicto abdicaretur, et antedicto Tirasonensi hospicio a Nobis in perpetuum assignaretur, ea quæ eidem hospicio, pro illius commodiori existentia, necessaria dignoscuntur, opportune subministrarentur.

similis ut supra.

§. 4. Et ne beaterio antedicto, mediante pensionis hujusmodi assignatione damnum aliquod afferatur, si pariter alia pensio in simili sum-

similis ut supra.

ma biscentum octodecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum novem cum tribus quartis ejusdem julii monete Romanæ prædictæ super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ archiepiscopalis ecclesiæ Cæsaraugustanæ, jam in actu ipsius archiepiscopalis ecclesiæ collationis, et provisionis, in summa, quæ tertiam illorum fructuum, reddituum, et proventuum partem non excederet, pro personis a præfato Carolo rege nominandis, apostolica auctoritate reservata, eidem beaterio similiter assignaretur, nullam certissime jacturam subire conspiceretur.

Teuor concessio-
sionis

§. 5. Quamobrem, ut benevolentia Nostra tam erga prædictum catholicum regem, quam erga Christi fideles omnes pro illorum spirituali, ac temporali bono semper ostendatur; ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, partem antedictæ pensionis super fructibus mensæ episcopalis Tirasonensis, alias, ut præfertur, favore beaterii antedicti, sive domus eruditionis civitatis Cæsaraugustanæ, assignatæ quoad summam dumtaxat biscentum octodecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum novem cum tribus quartis Romanæ monete, per præsentem disjungimus, eamque hospitio civitatis Tirasonensis, cum exemptionibus, clausulis, decretis, et derogationibus, quibus per apostolicam Sedem beaterio prædicto alias reservata reperitur pari auctoritate vigore præsentium, hospitio antedicto civitatis Tirasonensis perpetuo concedimus, et assignamus, nec non quatenus opus sit, pro illius congrua dotatione et subsistentia de novo etiam ad ejus favorem reservamus.

Impositio no-
væ pensionis.

§. 6. Postmodum vero, ad quodcumque antedicti beaterii, ex hujusmodi disjunctione, damnum averendum, ad aliam pensionem annuam ab omni, et quacumque onere novo et vetere, nunc imposito et pro tempore quomodolibet imponendo, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam jam usque ad tertiam mensæ archiepiscopalis Cæsaraugustanæ fructuum partem in actu illius provisionis, ut præfertur, reservatam, pro rata tamen aliorum biscentum octodecim ducatorum auri de camera similium, et juliorum pari-

ter novem monete Romanæ prædictæ, cum tribus quartis ejusdem julii similis, super omnibus et singulis, tam certis, quam incertis supra dictæ mensæ archiepiscopalis Cæsaraugustanæ redditibus, et proventibus in quacumque re consistentibus, et undecumque provenientibus, beaterium antedictum earumdem tenore præsentium perpetuo nominamus.

§. 7. Eisdemque hospitio, ac beaterio prædictis, et pro eis respective illorum rectoribus, sive præsulibus, aut administratoribus, vel deputatis, atque etiam eorum procuratoribus legitimis per venerabiles fratres Nostros modernos, et pro tempore existentes ipsarum ecclesiarum Cæsaraugustanum archiepiscopum, et Tirasonensem episcopum, et successores eorum ecclesias prædictas successive quomodolibet obtinentes annis singulis in termino, seu terminis inter partes statuendis integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvendas, et per rectores, seu præsules, aut administratores, vel deputatos eorumdem locorum piorum hospitii videlicet, et beaterii prædictorum, seu eorum legitimos procuratores percipiendas, exigendas, levandas, et in hospitii, ac beaterii præfatorum usus, et utilitatem convertendas perpetuis futuris temporibus respective assignamus, et quatenus opus sit, tam ad hospitii, quam beaterii prædictorum favorem, pensiones supra dictas apostolica auctoritate etiam de novo in perpetuum constituimus, et reservamus; decernentes archiepiscopum, et episcopum prædictos, eorumque successores præfatos ad integram dictarum pensionum respectivam solutionem juxta reservationes, constitutiones, et assignationes prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

De solutione
pensionis quo-
libet anno fa-
cienda.

§. 8. Et insuper pensiones hujusmodi, per præsentem, quatenus opus sit, etiam de novo reservatas, etiam si extra consistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio, reservatio hujusmodi facta extiterit, ex quovis prætextu, vel qualibet causa, etiam juridica, pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem infringi, aut nullam dici,

Clausula salu-
tates.

nec non easdem præsentibus de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, ac quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, aut adversum illam quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concesso et impetrato quempiam uti, seu se jvari posse, sed eas semper validas et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, perinde ac si pensiones prædictæ per præsentibus assignatæ, in consistorio Nostro secreto, et de eorundem fratrum consilio, ac de consensu etiam illorum, qui pensiones supradictas solvere debebunt, respective reservatæ fuissent; sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales præfatos, etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 9. Quocirca dilectis filiis magistro Nicolao Riganti in utraque signatura Nostra referendario, ac archiepiscopi Cæsaraugustani, et episcopi Tirasonensis prædictorum respective officialibus, nec non ecclesiarum Cæsaraugustanæ, et Tirasonensis, etiam respective antiquioribus canonicis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensiones per præsentibus, ut supra assignatas, et respective reservatas, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum, ac decreti Nostri hujusmodi continentiam, et tenorem integre persolveri, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo.

Derogatio consuetudinum.

§. 10. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis, editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque Cæsaraugustanæ, et Tirasonensis respective ecclesiarum etiam juramento, con-

firmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsitan concessis, approbatis, et innovatis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensarum archiepiscopalium, et episcopalium fructibus, redditibus, et proventus, nisi ex concessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma, ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie latissime et plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque; aut si archiepiscopo, et episcopo præfatis, eorumque in archiepiscopatu Cæsaraugustano, et episcopatu Tirasonensi respective successoribus, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 11. Volumus autem, ut eorundem præsentium transumptis, si-
Fides habenda transumptis.
 ve exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici, aut alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ subscriptis, ac sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 12. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ nominationis, reservationis, decreti, statuti, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsum-

Sanctio penalis.

psert indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, quarto idus septembris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXV.

Confirmatio decreti congregationis Rituum pro clero, et populo villæ de Lauzar Granatensis diœcesis super adprobatione electionis sancti Vincentii martyris in protectorem principalem dictæ villæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, populusque villæ de Lauzar Granatensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis videlicet.

§. 2. Humillimis precibus cleri, et populi villæ de Lauzar Granatensis diœcesis sacra Rituum congregationi porrectis pro confirmatione electionis s. Vincentii martyris in patronum principalem dictæ villæ, sacra eadem congregatio, accedente etiam reverendissimi archiepiscopi assensu, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Erskine penentis, attentò quod hujusmodi electio servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto sacre: Urbani pp. VIII. die 23. martii 1630. edito a præfatis oratoribus nuper legitime facta fuerit, benigne confirmavit, et approbavit, ac ipsius s. Vincentii martyris sic in patronum principalem electi festivitati prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit atque concessit. Die 1. septembris 1804.

Julius M. card. de Somalia S. R. E. præfectus
Ma. A. Cattaneo S. R. C. prot.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robor adijcimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ villæ et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub

Confirmatio apostolica.

Clausula sublata, et decretum irritum.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
11 septemb.
1804
anno V.

Expositio precum.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXVI.

Dat. die
11 septembris
1904
anno V.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super approbatione electionis s. Antonii abbatis in protectorem principalem pro loco de Sopontusar Granatensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Expositio præcui.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus; et populus loci de Sopontusar Granatensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis, videlicet.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 2. Ad humillimas preces cleri et populi loci de Sopontusar Granatensis diœcesis sacrorum Rituum congregationi supplicantium pro approbatione electionis ab ipsis factæ s. Antonii abbatis in patronum principalem supradicti loci; sacra eadem congregatio, accedente etiam assensu reverendissimi archiepiscopi, ad relationem eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis Crivelli ponentis, attento quod huiusmodi electio servatis servandis, et iuxta præscriptum in decreto sa: me: Urbani pp. VIII die xxiii martii MDCXXX edito legitime facta fuerit, eandem confirmavit, et approbavit, prædictique s. Antonii abbatis sic in patronum principalem electi festivitati prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit die 1. septembris MDCCCIV.

Julius Maria card. de Somalia
S. R. C. præfectus.

M. A. Cattanio S. R. C. prot.

§. 3. Cum autem sicuti in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmiter subsistat, et servetur ex-

Confirmatio apostolica.

ctius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationibus, et interdictis, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ villæ, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statntis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
11 septembris
1804
anno V.

CCCXXVII.

Confirmatio decreti congregationis Rituum super adprobatione electionis s. Antonii abbatis in protectorem principalem villæ de Torviscon Granatensis diœcesis pro clero et populo dictæ villæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio pre-
cum.

Tenor decreti
s. congrega-
tionis Rituum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, et populus villæ de Torviscon Granatensis diœcesis, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium congregatione obtinuerunt decretum tenoris sequentis videlicet.

§. 2. Electo nuper a clero, et populo villæ de Torviscon Granatensis diœcesis s. Antonio abbate in patronum principalem dictæ villæ, modo ex parte ejusdem cleri et populi pro confirmatione præfatæ electionis sacrorum Rituum congregationi supplicatum fuit, et sacra eadem congregatio, accedente etiam reverendissimi archiepiscopi assensu, referente eminentissimo et reverendissimo domino cardinali Caracciolo ponente, attento quod hujusmodi electio servatis servandis et juxta præscriptum in decreto sacre memoriæ Urbani papæ VIII. die xxiii martii MDCXXX. edito legitime facta fuerit, eandem confirmavit, et approbavit, prædictique sancti Antonii abbatis sic in patronum principalem electi festivitati, prærogativas omnes sanctorum patronorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit die i. septembris MDCCCLIV.

Julius Maria card. de Somalia
S. R. C. præfectus.

M. A. Cattaneo S. R. C. prot.

Confirmatio
apostolica.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo præinsertum decretum firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares per-

sonas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ apostolicæ firmitatis robar adiciamus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenierint supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolicæ auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ villæ, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostræ anno quinto.

Clausula subla-
ta, et decre-
ta.

Derogatio con-
stitutionum.

Dat. die
13 septembris
1804

CCCXXVIII.

anno V. Territorium nuncupatum Villæ Real
alias diœcesis Elvensis, diœcesi Pa-
censi subjicitur.

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Dilecto filio Nostro, et Sedis apo-
stolicæ nuntio in Hispaniarum re-
gnis commoranti salutem, et apo-
stolicam benedictionem.

Memorantur
aliæ literæ apo-
stolicæ, qui-
bus constitui
fuerunt fines
diœcesis Pa-
censis.

§. 1. **A**lias certiores facti a car-
rissimo in Christo filio Nostro Carolo
Hispaniarum rege, quod vigore con-
cordatorum inter ipsum ex una, et
dilectissimum in Christo filium No-
strum Joannem principem regnorum
Portugalliæ, et Algarbiorum regen-
tem ex altera partibus sub die vi-
mensis junii anni Domini millesimi
octingentesimi primi in eorum co-
muni respectu regnorum fines
ad Anæ vulgo Guadianæ fluminis ri-
pas statuti fuerint: Nos per alias No-
stras sub plumbo expeditas literas
datas sexto idus octobris elapsi anni
Domini millesimi octingentesimi se-
cundi, pontificatus vero Nostri anno
tertio, territorium oppidi civitatis
nuncupati de Olivencia temporali do-
minio ipsius catholici regis ad præ-
sens subjectum cum omnibus, et sin-
gulis dependentiis, et adnexis a diœ-
cesi Elvensi abdicavimus, et separa-
vimus, eundemque diœcesi Pacensi
incorporavimus, dictarumque lite-
rarum executionem tibi commisi-
mus.

§. 2. Nunc autem præfati catho-
lici regis nomine a dilecto filio equite
Antonio de Vargas y Laguna ejus
apud Nos, et apostolicam Sedem plen-
ipotentiario administro expositum
fuit, quod inter alia per supradicta
concordata eidem Carolo regi cessa
loca, ille quoque ultra prædictum ter-
ritorium numeratur, qui vulgo dici-
tur Villa Real, qui sub spirituali ju-
risdictione præfati episcopi Elvensis
pariter existebat, simulque Nobis fuit
enixe supplicatum, ut iisdem urgen-
tibus de causis, ob quas antedictum
territorium de Olivencia a diœcesi El-
vensi disjunctum, et Pacensi diœcesi
fuit incorporatum territorium etiam
Villæ Regalis ab Elvensi diœcesi dis-

Bull. Aom. Tom. XII. F. 78

membratum, et diœcesi Pacensi absque
ulla mora similiter unitum censea-
tur, alioquin gravia curæ animarum
illorum Christifidelium damna ori-
rentur.

§. 3. Nos ideo talibus adducti
rationibus ad omnes amovendas, du-
bitationes, et quascumque difficul-
tates præcavendas, quæ super exer-
cizio spiritualis animarum regiminis
in earundem animarum præjudicium
forent pertimescendæ, mentem No-
stram clarius, distinctiusque aperien-
do motu proprio, et ex certa scien-
tia, deque apostolicæ potestatis plen-
itudine per præsentem tibi commit-
timus, et mandamus, ut priores No-
stras literas ad prædictum locum Vil-
læ Regalis extensas, ipsumque locum
cum suo territorio, ac populo, omni-
busque tam laicis, quam ecclesiasti-
cis sæcularibus, et regularibus per-
sonis, ecclesiis, et monasteriis, si
qui sint, aliisque rebus in illo con-
sistentibus, nec non quibuscumque
juribus, ac pertinentiis a supradicti
episcopi Elvensis jurisdictione, po-
testate, et superioritate perpetuo di-
smembratum, disjunctum, et sepa-
ratum, ac moderni, et pro tempore
existentis episcopi Pacensis auctori-
tati, et jurisdictioni perpetuo subje-
ctum, ejusque diœcesi unitum, ad-
nexum, et incorporatum nuncies, at-
que declares, perinde ac si locus Vil-
læ Regalis cum suo territorio, omni-
busque ei adæxis in prioribus literis
Nostris fuisset expresse commemora-
tus, atque descriptus: et ad hujus-
modi effectum eodem modo, quo in
anterioribus literis Nostris potestatem
impertimur, quæcumque aliam per-
sonam idoneam in ecclesiastica digni-
tate constitutam pro præsentium quo-
que executione subdelegandi, fa-
cultatesque omnes, et singulas con-
cedimus, quæ ad præmissorum ple-
narium effectum necessariæ erunt,
atque opportunæ.

§. 4. Decernimus propterea de-
claratorias hasce literas Nostras sub
iisdem derogatoriis, aliisque clausu-
lis comprehendere, quæ in prioribus
Nostris superexpressis literis fusius
enunciantur; ideoque ab omnibus,
ad quos spectat, et spectabit quomo-
dolibet in futurum, volumus invio-
labiliter observari, ac si secus super
his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit at-

Revocatio præ-
cedentium li-
terarum.

Clausula su-
blata, et decre-
tum irritans.

tentari, irritum, et inane pariter decernimus. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, idibus septembris, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXIX.

Dat. die
17 septembris
1804
anno V.

Facultas magistratibus Pisarensibus utendi veste oblonga nigra, ac etiam torque aureo pro primo consalonerio, nec non duobus accensis cum clava, umbella, atque apparitoribus in numero, et qualitate per provinciæ gubernatorem præfigendis, et postea adprobandis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. **P**aterna Nostra sollicitudo erga Nostros, et Romanæ apostolicæ Sedis in temporalibus subditos Nos movet, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus benigne annuamus, eosque specialibus gratiis libenter prosequamur. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii communitas, et homines civitatis Nostræ Pisarenensis, civitas ipsa antiquitatis laude, cleri splendore, patritiorum virtute, civium probitate, ac in universum constanti in Romanos pontifices, Sedemque prædictam vel difficillimis temporibus perspecta, et probata fide non parum floruerit, et floreat, magistratusque habeat prudentia, morumque integritate præditos.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos qui civitatem prædictam, ejusque communitatem, et homines præmissorum meritum intuitu propensiore quodam benevolentia Nostræ complectimur affectu, magistratus hujusmodi aliquo beneficentiæ Nostræ munere decorare, et amplioribus honorificentia prærogativis ornare volentes, atque eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, suppli-

cationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus primo consalonerio, ut vestem sericam nigram oblongam vulgo rubone, et torquem aureum, reliquis verò dictæ civitatis magistratibus, ut eandem vestem oblongam sine torque deferre, et gestare; nec non umbellam, et duos accensos cum clava, itemque apparitores honorarios, seu corporis custodes in numero, et qualitate per modernum Nostrum illius provinciæ gubernatorem præfigendos, ac ab ipsis magistratibus eligendos, et successive a dicto moderno, et pro tempore existente gubernatore in scriptis semper adprobandos, et sic adprobatos patentibus literis per ipsos magistratus muniendos pro hujusmodi officio suscipiendo, atque gerendo, palam præferre, vel circumferre, illisque in publicis actibus, et functionibus uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque magistratus desuper a quoquam impediri, molestari, aut perturbari nulloatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis Pisarenensis, aliarumque civitatum status Nostri Ecclesiastici etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque in contrarium quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariis.

CCCXXX.

Dat. die
25 septembris
1804
anno V.

Incorporatio perpetua ecclesiae, conventus, et honorum olim ad canonicos regulares ordinis sanctissimae Trinitatis spectantium pro mulierum conservatorio secessus de Cruce de urbe.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. **P**astoris aeterni vices gerentes in terris in illud praesertim Nostram omnem sollicitudinem, et curam impendendam esse arbitramur, ne gaudium, quod est in caelis super uno peccatore poenitentiam agente aliquando cesset propter eius in culpas recidentiam, ut plerumque fit, si non modo malum, sed vel ipsae quoque mali occasiones amoveantur.

Expositio praesum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecit dilectus filius Fortunatus Pinchetti presbyter et muliebris conservatorii secessus de Cruce nuncupati hujus almae Nostrae urbis director, quod cum nonnullae aetate florentes mulieres celtica, seu venerea lue affectae in nosocomio s. Jacobi incurabilem dictae urbis cum corpore, tum animo satis convaluissent, postea ex eodem nosocomio dimissae, ac ab omnibus derelictae in maximo versabantur periculo ad priorem lubricam vivendi rationem redeundi. Deplorabilem ipsarum conditionem miseratus dilectus filius presbyter Cyrus de Paolis domunculam apud nosocomium praedictum illis aperuit, in qua et salutaribus alevantur institutionibus, et in femineis operibus se exercerent, adhibita etiam benefica diligentia dilectae in Christo filiae Mariae Theresiae Crucifixae tertii ordinis Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, quam dictis mulieribus praefecit, atque ita fundamenta jecit dicti conservatorii secessus, ubi nunc multae degunt mulieres, quae Magdalenam errantem prius sectatae, mox eandem inelytam poenitentem sequi gloriantur, pluresque etiam advenirent, ibique coaetanter perseverarent, nisi loca, et alia necessaria deessent. Cum itaque, sicut in eadem expositione additum erat, ecclesia s. Franciscae Romanae sita in urbis regione

viae Felicis nuncupatae, et adnexus conventus jam canonicorum regularium ordinis sanctissimae Trinitatis provinciae Italicae desertus remanserit, eo quod dilectus filius Felix Bono unicus dicti conventus superstes ad statum presbyteri saecularis auctoritate apostolica translatus, praevia ad ejus vitam dumtaxat assignatione usus fructus cujusdam Sabini praedii ad dictum conventum spectantis Chiorano nuncupati in titulum patrimonii sacri, ab urbe discesserit, ac reliquis ipsius conventus bonis dilecto filio Nostro Julio Mariae Sanctae Romanae Ecclesiae presbytero cardinali de Somalia nuncupato in dicta alma urbe vicario in spiritualibus generali per Nos in administrationem datis, donec et quoad ex illorum redditibus, creditoribus satisficeret, idcirco dictus Fortunatus, qui pro administratione hujusmodi gerenda a memorato Julio Maria cardinali subdelegatus reperitur derelictam ecclesiam, et conventus hujusmodi aedes cum suis pertinentiis universis memorato conservatorio per Nos, et hanc sanctam Sedem perpetuo addici, et attribui summopere desiderat ad majorem Dei gloriam, et dictarum poenitentium utilitatem; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Fortunatum et mulieres praedictas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ac motu etiam proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, concessam deputationem administrationis praedictae revocantes, memorato conservatorio secessus dictam ecclesiam s. Franciscae cum sacello, et singulis reliquis ejus partibus, itemque praedictum conventum desertum a canonicis dictae congregationis, ejusque hortulum, et aedes cum omnibus, et singulis bonis, juribus, et pertinentiis uni-

versis, ac etiam cum singulis oneribus quomodolibet ecclesie, et conventui huiusmodi adnexis addicimus in perpetuum, et attribuimus. Nec non memoratum Sabinum pradium Chiorano immediate post subsequutum dicti Felicis obitum motu, et potestate similibus in perpetuum pariter ex nunc, prout ex tunc, et e contra concedimus, et assignamus; ita tamen ut ipsum conservatorium extincti conventus creditoribus satisfacere teneatur:

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem presentes literas, et in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque ex alia quacumque quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nulliatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentiam consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, sed ipsas presentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicti conservatorii mulieribus, atque illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, provincie, et ordinis sanctissimæ Trinitatis huiusmodi statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apo-

stolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima quinta septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXI.

Confirmatio concordie initæ inter patronos ecclesie B. M. Virginis nuncupatæ = della Piazza = civitatis Anconæ.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Pastoralis Nostra sollicitudo exigit, ut majori Dei gloriæ, ac Nostrorum, et S. R. E. in temporalibus subditorum concordie, prout res, tempusque postulat, efficaciter consulamus. Cum itaque, sicut accepimus, templum collegiæ et parochialis ecclesie sub titulo B. Virginis Mariæ vulgo della Piazza nuncupatæ de jure patronatus, ut asseritur, dilectorum filiorum communitatis, et hominum civitatis Nostræ Anconitanæ superioribus calamitosis temporibus profanatum, atque ita expilatum, vastatumque remansisset, ut rebus postea divina providentia restitutis, communitas prædicta impar omnino esset sumptibus faciendis pro ejusdem templi reparatione; hos hac potissimum de causa capitulum, et canonicos dicte collegiæ per rescriptum dilecti filii magistri Diomedis Carafa congrega-

Dat. die
25 septembris
1804
anno V.

Memorantur
vicesitudines,
quibus ecclesia
subjecta
fuit, et jurgia
suborta inter
illius patronos

tionis venerabilium fratrum. Nostorum S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum secretarii ad ecclesiam archiconfraternitatis sub titulo sanctissimi Sacramenti ejusdem civitatis transtulimus, reservato dictæ communitati suo patronatus jure, et quibusdam conditionibus præscriptis; inauditis tamen dilectis filiis capitulo, ut canonicis basilicæ s. Joannis in Laterano de urbe, in quorum solo eadem archiconfraternitatis prædictæ ecclesia reperitur extracta. Quare memoratum Lateranense capitulum Nos de iis moneas, quæ antea fuerunt occultata; Nobis humiliter supplicari fecit, ut suis juribus prospiceremus. Supplicem hujusmodi libellum dictæ cardinalium congregationi dignoscendum remisimus; atque ita Lateranensis capituli, dictæque archiconfraternitatis nomine coram eadem cardinalium congregatione causa instaurata fuit contra capitulum et canonicos collegiæ prædictæ s. Mariæ, itemque contra communitatem patronam, et promotorem fiscalem curiæ ecclesiæ Anconitanæ super obreptionis, vel subreptionis vitio, quod dictum rescriptum laborare intendebant. Tantum autem aberat, ut dicta communitas iudicio contendere vellet pro memoratæ collegiæ, et parochiæ traslatione sustinendo, ut potius moleste ferret, pervetustum templum aere publico fere in civitatis centro, ubi major est populi frequentia, extractum, et præposituræ, collegiæque titulo, ut etiam asseritur, a fel. rec. Sixto pp. IV. prædecessore Nostro decoratum, perpetuo desertum fuisse; idque eo acerbius in dies ferebat, quod eventus comprobarat, ablatis inde canonicis, et parochia, atque uno tantum ut præstatutum fuerat, sacerdote ibi apud sacram aediculam in loco templi sufficientem subrogato, divinum cultum, populique devotionem non parum excidisse. Interea vero temporis priusquam causa hujusmodi, in memorata cardinalium congregatione proponeretur, cum ex spontaneis piorum fidelium oblationibus summa scutorum mille monetæ Romanæ collecta, et apud dilectum filium comitem Josephum Bianchi deposita fuerit in ipsius templi reparationem eroganda, compertum est, quod juxta

peritorum relationem nihil aliud pecuniæ addendum esset ad rem perficiendam; quam longe inferior summa biscentorum supra quindécim scutorum, et obulorum duorum supra viginti ejusdem monetæ, constituto pretio pro operibus ad id necessariis per ipsos peritos exequendis. Quoniam autem multæ et variæ adhuc occurrebant difficultates, dicta communitas ad eas superandas dilecti filii Nostri Romualdi S. R. E. diaconi cardinalis Braschii de Honestis nuncupati ipsius civitatis Anconitanæ protectoris præsidium imploravit. Qui, toto negotio in se recepto, cum venerabili fratre Nostro Leonardo episcopo Portuensi ejusdem S. R. E. cardinali Antonelli nuncupato dictæ basilicæ archipresbytero, dictæque archiconfraternitatis protectore egit, ut excitatæ controversiæ ex bono, et æquo inter ipsosmet componerentur. Idem Leonardus episcopus, quo fervet religionis zelo, susceptum ab illo consilium libenter probavit. Uterque igitur pro sua ex dictis contrariis partibus, ambo tamen cardinales prædicti uno, eodemque simul æquitatis, et de divini cultus amore ducti omnem operam, laborem, et studium contulerunt, ut partium rationibus diligenter expensis, universisque circumstantiis consideratis, non modo obortas jam quæstiones funditus tollerent, sed etiam aliis difficultatibus, quæ suborituræ essent, occurrerent, et complanarent. Quæ omnia perfecerunt, initis inter se, et subsignatis pactis, et conditionibus sequentis tenoris videlicet.

I.

§. 2. Che da chiunque sia stato fatto l'acquisto della profanata chiesa denominata di s. Maria della Piazza, sua adiacenza, annessi e connessi, o ne sia l'attuale detentore, debba farsene la restituzione a tenore degli ordini sovrani di Sua Santità pubblicati coll' editto dell' emò e rmo sig. cardinale segretario di stato del giorno 24 ottobre 1801. E nel caso che al medesimo detentore si dovesse il quarto per la retrocessione di detto locale, se ne debba sborsare la somma per metà dalla confraternita, e per l'altra metà dalla comunità patrona.

Tenor pactorum conventorum.

II.

Che dall' emò, e rmo sig. cardinale Onesti Braschi debbano eleggersi, e deputarsi due nobili del ceto degli anziani, e consiglio, e dall' emò, e rmo sig. cardinale Antonelli, come arciprete della basilica Lateranense, e protettore di detta confraternita, due de' fratelli della medesima, i quali gratuitamente si prestino a stipulare per pubblico istromento, o per apoca privata gli occorrenti contratti con il capo mastromuratore, e con il falegname in conformità delle perizie già formate, e con che i prezzi non eccedino quelli già liquidati, e con tutti gli altri artisti, l' opera de' quali potrà abbisognare per la decente ripristinazione della detta chiesa; come pure ad invigilare su i lavori, che si anderranno facendo, e trarre gli ordini per i dovuti pagamenti sopra il nobil' uomo sig. conte Giuseppe Bianchi, che dovrà continuare ad essere il depositario dei scudi mille provenienti da pie oblazioni, e rispettivamente sopra il pubblico depositario della comunità, ed il camerlengo, ossia esattore della confraternita; come pure a fare tutt' altro, che all' effetto di cui si tratta, potrà rendersi necessario, ed opportuno.

III.

Che tutte le altre spese in qualunque modo occorrenti, tanto per la conservazione di detta chiesa, quanto per tutt' altro, che abbisognar possa in avvenire, debbano rimanere a carico della comunità di Ancona, come sola ed assoluta padrona della medesima chiesa.

IV.

Che ridotta, che siasi la chiesa ad uno stato servibile, e decente, debba il capitolo immantinente ritornare nella medesima, ed ivi esercitarsi le parrocchiali, ed ecclesiastiche funzioni, non potendo esso, come eretto in detta chiesa, e destinato per l'attuale servizio della medesima, aver altro diritto, o pretensione qualunque, se non che venga la stessa chiesa restituita allo stato primiero, e fornita di tutti quei comodi, che

ivi trovavansi prima della di lei profanazione, al che rimane pienamente provveduto in vigore del presente piano, che in nome della comunità di Ancona, e della confraternita del ssimo Sacramento di detta città dovrà umiliarsi al trono della Santità di Nostro signore, affinché voglia benignamente degnarsi di approvarlo con sue lettere apostoliche da spedirsi in forma di breve.

Questo di 3. settembre 1804.

L. cardinale Antonelli arciprete, e protettore.

R. cardinal Braschi Onesti protettore.

§. 3. Cum autem, sicut dilecti filii tam moderni antiani, et consiliarii dictæ civitatis Anconitanæ, quam guardianas, et confratres memoratæ archiconfraternitatis ssimi Sacramenti Nobis nuper exponi fecerunt, quo præinsertæ conventiones firmitus subsistant, sæque demandentur executioni, omnia apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desiderent.

Preces portæ pro obtinenda confirmatione conventionum.

§. 4. Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et singulares personas, quibus præsentis Nostræ literæ favent a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, motu etiam proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudinæ causam seu causas hujusmodi præcidimus, et prorsus extinguimus, ac perpetuum capitulo, et canonicis basilicæ Lateranensis, officialibus, et confratribus archiconfraternitatis prædictæ, ac communitati, et capitulo, atque canonicis collegiæ s. Mariæ della Piazza, et Fisculi ecclesiæ curiæ Anconitanæ silentium super præmissis indicimus (salvo remanente ejusdem basilicæ jure super ecclesia, et archiconfraternitate præfatis) causam

Confirmatio apostolicæ.

que, seu causas hujusmodi nullo unquam tempore coram prædicta cardinalium congregatione, aut quocumque Romanæ curiæ iudice, et tribunali, seu apostolico delegato proponi, et agitari posse decernimus, atque mandamus.

Clausulæ salutaris.

§. 5. Ac præinsertas conventiones, omniaque, et singula in eis contenta, et expressa auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus quomodolibet in eis intervenientes supplemus, et sanamus, eisdemque conventiones tamquam solemnia decreta a singulis dictis partibus solemniter acceptata haberi, et servari volumus ita, ut dicta communitas suam ibi præfixam impensarum ratam pro dicto templo in pristinum restituendo, etiam sine congregationis Boni Regiminis licentia, et assensu. Decernentes easdem præsentibus literas, et eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod capitulum, et canonici dictæ collegiæ s. Mariæ, et alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque causæ propter quas ipsæ præsentibus emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis magno, et substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam ex motu proprio, et ex certa scientia concesso, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare, sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, ac efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit plenissime suffragari.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Nostra et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, cæterisque contrariis quibuscumque. Quo autem eadem præsentibus literæ promptius debitæ demandentur executioni, memoratos Leonardum, et Romualdum cardinales ad eas exequendas specialiter deputamus cum facultate etiam, ut unusquisque pro suo arbitrio alium sibi benevisum subdeleget ex utraque parte. Ceterum per præsentibus non intendimus jus patronatum hujusmodi in aliquo adprobare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta septembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostrî anno quinto.

Derogatio contrariorum.



Dal. die
29 septembris
1804
anno V.

CCCXXXII.

Facultas concessa episcopo civitatis provinciae Compostellanæ imponendi onus super redditibus matriscoliae dignitatis ecclesiasticae Civitatis ad favorem parochialis s. Andreae ejusdem civitatis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri episcopo Civitatis provinciae Compostellanæ salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Inter varias, ac multiplices sollicitudines, quas pro communi Ecclesiae utilitate, et christianae reipublicae bono, Nobis divina providentia commissae suscipimus, id maxime Nobis cordi est, ut parochiales ecclesiae omnes per idoneos rectores gubernentur, et sufficienti dotatione munitae dignoscantur, ne animarum Christifidelium cura in eis ullatenus negligatur, et rectores ipsi pauperibus in eorum indigentis auxilio esse valeant.

Expositio praecur.

§. 2. Exposuit Nobis dilectus filius eques Antonius de Vargas y Laguna charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, apud Nos et apostolicam Sedem plenipotentarius administer nomine ejusdem Caroli regis, quod attenta tenuitate reddituum parochialis ecclesiae s. Andreae extra muros urbis Civitatis, qui competentem annuum pro parcho congruam non constituunt cum gravi parochianorum etiam ejusdem ecclesiae praedictae ex eo quod illius rectores omnia eis occurrentia auxilia praestare minime valeant, et ad hoc ut imposterum Christi fideles in ejusdem parochialis ecclesiae districtu degeant, ab optimo pastore gubernentur, et in eorum necessitatibus, ipsius opem implorare queant, nihil opportunius videatur quam mediante infrascripti oneris reservatione super omnibus, et singulis beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus et proventibus, qui ab ejusdem parochialis ecclesiae parochianis titulo decimarum nonnulla annuatim percipiuntur, eidem paro-

chiali ecclesiae dotem annuam aliorum biscentum ducatorum de Vellon nuncupatorum monetae illarum partium perpetuis futuris temporibus constituere.

§. 3. Cum itaque matriscoliae dignitas non tamen post pontificalem major cathedralis ecclesiae Civitatis provinciae Compostellanæ, cujus, sicut et aliorum quinquaginta unius beneficiorum ecclesiasticorum, seu dignitatum in diversis Hispaniarum regnorum metropolitanis, cathedralibus, collegiatis, aliisque ecclesiis consistentium, et in infrascriptis concordatis nominatim expressorum, dum illa, et illae pro tempore ubicumque, quodcumque, et quomodocumque vacant, collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio ad Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem, nec non Sedem apostolicam vigore recentium concordatorum inter felicem Benedictum pp. XIV. praedecessorem Nostrum, et Sedem praedictam ex una, et clarae memoriae Ferdinandum Hispaniarum regem catholicum ex altera partibus initorum spectat, et pertinet, in parochiali ecclesia praedicta, ratione cujusdam perpetuo ei adnexo beneficio nonnullarum decimarum, una cum aliis pro tempore existentibus aliorum beneficiorum respective possessoribus, a dilectis filiis pariter ejusdem parochialis ecclesiae parochianis debitarum exatione gaudeat, ideo ut tenuitati reddituum parochialis ecclesiae praedictae occurratur, facultatem per praesentes discretionem tuam tribuimus, et impertimur, ut quemadmodum super aliis infrascriptae parochialis ecclesiae limites existentibus beneficiis, ita super illo, antedictae matriscoliae unito, servatis omnibus de jure servandis, annuum onus perpetuo duraturum proportionabiliter imponere valeas, ad insimul conflandam memoratam summam ducatorum biscentum de Vellon nuncupatorum, a singulis hujusmodi beneficiatis pro tempore existentibus in termino, seu terminis statuendo, vel statuendis quolibet anno libere pro respectiva rata solvendam, et in augmentum reddituum, sive dotis praedictae parochialis ecclesiae fideliter erogandam.

§. 4. Decernentes matriscoliae praedictae possessores pro tempore existentes, ad instar aliorum, beneficia ha-

Ratio, et tenor concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

justi modi obtinentium, satisfactioni præfati oneris inutilitatem antedictæ parochialis ecclesiæ semper fore efficaciter obligatos, sicque ab omnibus censi, et ita per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. Ecclesiæ cardinales præfatos etiam de latere legatos, vice-legatos, dietæque Sedis nuncios, judicari, et definiiri debere, atque irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibusque conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dietæque majoris ecclesiæ Civitatis provincię Compostellanæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsitan concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorum tenores specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil peritus omissis, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie latissime, et plenissime ac specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poena
lis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, ac facultatis impertionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas octobris pontificatus Nostri anno quinto

CCCXXXIII.

Dat. die
29 septembris
1804
anno V.

Pensio perpetua super fructibus ecclesiæ Placentinæ provincię Compostellanæ ad favorem collegiæ s. Idelphunsi nullius diœcesis provincię Toletanæ.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **S**uper universas orbis ecclesias, eo disponente, qui cunctis imperat, et cui omnia parent, meritis licet imparibus constituti, levamus in circuitu agri Dominici oculos Nostræ mentis more pervigilis pastoris inspecturi quid ecclesiarum etiam collegiatarum decori congruat, ut quæ divinus cultus in majorem quoque christifidelium ædificationem augetur ad ea, quæ ad illarum ministrorum congruam substantiationem necessaria dignoscuntur, Nostri officii partes utiliter intendere curamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Proemium.

§. 2. Sane per dilectum filium equitem Antonium De Vargas y Laguna carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici plenipotentiarium administrum ipse Carolus rex Nobis exposuit, quod annui redditus massæ capitularis sæcularis, et insignis collegiæ ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis regii situs sancti Idelphunsi nullius diœcesis provincię Toletanæ adeo tenues existunt, ut canonicis, aliisque ecclesiasticis personis ejusdem collegiæ ecclesiæ capitulum componentibus minime sufficient; proindeque plurimum cupiat per Nos mediaute infrascriptæ pensionis reservatione, ut infra, opportune provideri.

Expositio pre-
cum correcto-
rum a rege ca-
tholico.

§. 3. Ne igitur in ecclesiis divinus cultus unquam minuat, et personæ illæ, quæ assidue Deo in psalmis, hymnis, et canticis laudes persolvunt ad aliena animos non divertant, sed omni assiduitate in divinis ministeriis exercendis religiosum cultum in dies adhibeant, ipsius Caroli regis votis benigne annuere volentes ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, pensio-

Ratio, et tenor
concessionis.

nem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam, eamque ab omnibus, et quibuscumque oneribus, et impositionibus ordinariis, et extraordinariis, quomodolibet nuncupatis quavis etiam apostolica auctoritate, ac motu pari, etiam consistorialiter nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponendis, ac alias in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam triginta sex millium sexcentum octoginta octo regalium de Vellon nuncupatorum super mensa episcopalis ecclesie Placentine provincie Compostellane, ad quam, dum illa pro tempore vacat, nominatio personae idoneae Romano pontifici pro tempore existenti facienda, ad supradictum Carolum Hispaniarum regem catholicum ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, spectare, et pertinere dignoscitur, fructibus, redditibus, et proventibus certis, et incertis in quacumque re consistentibus, et undecumque, quomodocumque, et qualitercumque provenientiibus, presentibus, et futuris, etiamsi super illis aliae pensiones annuae certis personis ecclesiasticis illas annuatim percipientibus apostolica auctoritate reservatae reperiantur, dummodo tamen insimul tertiam partem fructuum praedictae mensae episcopalis annuatim non excedant, eidem mensae capitulari praedictae collegiatae ecclesiae, et pro ea modernis, ac futuris pro tempore existentibus ejusdem collegiatae ecclesiae canonicis, beneficiatis, cappellanis, aliisque ecclesiasticis personis quomodolibet nuncupatis ejusdem collegiatae ecclesiae capitulum componentibus, vel eorum camerario, seu thesaurario, aut alio particulari titulo nuncupatae personae in administratione, et exactione reddituum praedictae mensae capitularis specialiter ab eisdem deputatae per venerabilem fratrem Nostrum modernum, et pro tempore existentem ipsius ecclesiae Placentinae episcopum, et successores suos episcopalem ecclesiam praedictam quomodolibet obtinentes, vel ejusdem mensae episcopalis ecclesiae Placentinae administratores annis singulis in termino, seu terminis inter partes statuto, seu statuendo, aut statutis, vel statuendis, et sic successive de anno in annum,

ac termino in terminum, vigore tamen earundem presentium, nec alias, alioquin praesens reservatio nulla sit eo ipso integre, et absque ulla etiam minima diminutione persolvenda apostolica auctoritate praedicta ipsarum tenore presentium perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, decernentes praedictae ecclesiae Placentinae episcopum, et successores suos praesules pro tempore existentes, seu illius administratores ad integram solutionem pensionis per praesentes reservatae praefatae eidem mensae capitulari antedictae collegiatae ecclesiae, ejusdemque capitulo juxta reservationis, constitutionis, et assignationis praedictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

§. 4. Etiamsi vero reservatio hujusmodi extra consistorium Nostrum secretum, et absque venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio facta extiterit, nihilominus quovis praetextu, et ex quavis causa etiam juridica, vel pia, aut privilegiata ad minorem summam reduci, annullari, vel invalidari, minusque illius reservationem infringi, aut nullam dici, nec non easdem praesentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostrae, ac quocumque alio defectu notari, impugari, invalidari, aut in jus, vel controversiam vocari, seu adversus illam quodcumque juris, vel facti, sive gratiae remedium impetrari, vel etiam motu proprio, et ex certa scientia concesso, et impetrato quovis uti, seu se juvari posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, perinde ac si pensio hujusmodi per praesentes reservata in consistorio Nostrum, et de eorundem fratrum consilio, ac de consensu etiam illius, vel illorum, qui pensionem supradictam solvere debebant, reservata fuisset.

§. 5. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales praefatos etiam de latere legatos, vice-legatos, dictaque Sedis nuncios iudicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter,

Confirmatio reservationis factae extra consistorium.

Clausula sublata, et decretum irritum.

vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane etiam decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quocirca venerabili fratri Antonio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali De Sentmanat y Cartella nuncupato, patriarchæ Indiarum, ac dilectis filiis magistro Joanni Baptistæ Quarantotti in utraque signatura Nostra referendario, et antiquiori canonico ecclesiæ Placentinæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate Nostra pensionem prædictam, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis præfatarum, ac decreti Nostri hujusmodi tenorem integre persolveri, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio consuetudinum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictaque ecclesiæ Placentinæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quomodolibet forsitan concessis, confirmatis, et innovatis: ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, redditibus, et proventus, nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis; quibus omnibus, et singulis etiam si de illis eorum tenores specialis, specificæ, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie latissimè, et plenissimè, ac specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque; aut si prædicto episcopo, et successoribus prædictis, vel quibusvis aliis communiter, aut di-

Bull. Rom. Tom. XII. F. 78.

visim ab apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, voluntatis et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas octobris, pontificatus Nostri anno quinto.

Sanctio penalis.

CCCXXXIV.

Facultas dignitatibus, et canonicis cathedralis Lyciensis celebrandi in pontificalibus.

Dat. die 2 octobris 1804 anno V.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quantum splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumentis, oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum sacerdotibus suis in sacris faciendis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est christiani populi frequentia sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus interdum particularia ornamenta deferenda concessit.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Lyciensis nuper exponi fecerunt, ipsi apostolico indulto utendi mitra gaudeant, ac eadem cathedralis ecclesia antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, templi magnificentia, sacrarum suppellectilium copia, sacrarumque ministrorum numero, probitate, et doctrina, ita floreat, et floruerit, ut nonnulli ejus

Expositio præsentis.

episcopi ad amplissimum S. R. E. cardinalium ordinem, unus etiam ad summum pontificatus apicem fuerint eVecti, cumque præterea accedat ipsius Lyciæ civitatis celebritas, quæ tanta est, ut non modo capitalis illius provinciæ existat, sed etiam regali studiorum universitate decorata, atque novendecim regularibus utriusque sexus conventibus, et monasteriis, ac variis conservatoriis, orphanotrophio, aliisque piis institutionibus locupletata reperiatur, multum splendoris, et ornamenti ad ecclesiam, et civitatem hujusmodi accederet, ac divinus cultus, populique devotio majora ibi susciperet incrementa, si ejusdem cathedralis dignitates, ac canonici novis prærogativis per Nos, et hanc sanctam Sedem donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus dignitatibus, et canonicis presbyteris dictæ cathedralis ecclesiæ Lyciæ, ut in ecclesia prædicta, ac etiam in aliis ejusdem civitatis, et diocesis Lyciæ ecclesiis pontificalia deferre, ac in pontificalibus celebrare, ad instar dignitatum, et canonicorum metropolitanæ ecclesiæ Neapolitanæ in omnibus et per omnia (excepto tamen pastorali, seu abbatiâ baculo) libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ concedimus, et indulgemus, dictosque dignitates, et canonicos desuper at quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quopiam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac di-

ctæ cathedralis ecclesiæ etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorè sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXXXV.

Allocutio habita in consistorio secreto diei xxix. octobris MDCCCIV. super itinere suscipiendo ad imperialem coronam Naupoleoni Parisiis imponendam.

Venerabiles Fratres

Hoc ipso ex loco, venerabiles fratres, initum a Nobis concordatum cum majestate imperatoris Francorum, tunc primi reipublicæ consulis, cum vobis annuntiavimus, gaudium, quo Deus totius consolationis cor Nostrum perfuderat ob rerum conversionem ad religionis catholicæ bonum in vastissimis illis, et populosis regionibus ex eodem concordato secutam, vobis communicavimus. Sacra enim templa inde patefacta, atque ab iis, quas misere subierant, profanationibus munita; excitatæ aræ, elatum deano salutiferæ crucis vexillum, verus Dei cultus revocatus, augusta religionis mysteria libere, et publice rursus celebrata, pastores legitimi populis dati, qui suam pascendo gregi operant navare possent; catholica religio ex latebris, in quibus delitescere coacta fuerat, feliciter emersa, atque in media illius inclytæ nationis luce iterum constituta, tot denique animæ a deviis itineribus in sinum unitatis reductæ, sibi que, et Deo reconciliatæ, justissima cordi Nostro exultantis, effusæque in Domino lætitiæ argumenta subministrarunt.

Tantum hoc, tamque mirificum opus quemadmodum gratissimos animi Nostri sensus tunc excitavit erga potentissimum principem, qui ad illud opè concordati perficiendum omnem suam auctoritatem exeruit;

Dat. die
29 octobris
1804
anno V.

ita ejusdem operis recordatio perpetuos cordi Nostro stimulos admovet, ut, quoties occasio sese obtulerit, iisdem omnino sensibus Nos erga eum affectos esse re ipsa ostendamus.

Jam vero idem potentissimus princeps carissimus in Christo filius Noster Naupoleo Francorum imperator, qui de catholica religione ob ea, quæ diximus, tam præclare meritis est, significavit Nobis valde se cupere sacra unctione perfundi, et imperialem coronam a Nobis accipere, ut solemnem hujusmodi ceremoniam religionis characterem eminentiori quo fieri potest gradu induat, et cælestes late benedictiones arcessat.

Hujusmodi petitio his expressa sensibus non modo luculentum religionis, et filialis erga sanctam hanc Sedem reverentiæ testimonium per se ipsa Nobis exhibuit, sed manifestis etiam declarationibus conjuncta fuit, quibus imperator de constanti sua voluntate Nos certiores fecit juvandæ quotidie magis sanctissimæ fidei, cujus cladibus in florentissimis illis regionibus reparandis adeo collaboravit. Siquidem in scriptis, quæ ad Nos transmitti voluit, disertis verbis hanc animi sui sententiam explicavit. Nobis enim significari fecit Nostri in Galliam itineris scopum non solam esse ceremoniam coronæ ipsius capiti imponendæ, sed magna Ecclesiæ negotia præcipuam ejus partem sibi vindicaturam, eaque sermonibus Nos inter, et ipsum habendi pertractanda fore, illorumque exitus progressui religionis, et bono populorum non posse non utilissimos accidere.

Videtis itaque, venerabiles fratres, quam justas, quamque momentosas habeamus hujus itineris suscipiendi causas. Sanctissimæ enim religionis Nostre utilitas, gratique erga potentissimum imperatorem sensus Nos movent, qui cum omnem suam, uti diximus, auctoritatem explicaverit, ut catholicam religionem libere in Gallia profiteri, et publice exercere liceret, hunc etiam animum Nobis ostendit ad procuranda ejusdem religionis incrementa adeo proclivem.

Magnam itaque in spem erigimur Nos hoc iter ejus invitatu suscipientes, et os ad os cum ipso loquentes, talia ad bonum Ecclesiæ Ca-

tholicæ, quæ unica salutis arca est, ex ejus sapientia esse consequuturos, ut sanctissimæ religionis negotium perfectum denique fuisse lætari possimus. Hujusmodi vero spes non tam verborum Nostrorum infirmitate, quam illius, cujus vicem immerentes in terris gerimus, gratia fulcitur, quæ precibus, et sacris ritibus invocata large effunditur in corda principum, qui ad percipiendos hujus sacræ ceremoniæ effectus recte dispositi, cum sint patres populorum de æterna salute solliciti, vivere, et mori volunt veri Catholicæ Ecclesiæ filii.

His de causis, venerabiles fratres, prædecessorum Nostrorum exempla sequentes, qui aliquando etiam pro certo tempore propria relicta Sede sese in longinquas regiones contulerunt, ut religionis bonum procurarent, et principibus bene de Ecclesiæ meritis gratificarentur, hoc iter aggredimur, quamquam ejus longitudo, et minus idoneam anni tempus, et inclinata jam ætas, et parvum firmam, qua utimur, valetudo, Nos omnino deterrere debuisset. Sed nihili hæc facimus, modo Deus det Nobis petitiones cordis Nostri.

Neque vero quæ præ oculis habenda erant, antequam gravem adeo deliberationem caperemus, animum Nostrum ullo pacto fugerunt, sed ea quidem omnia retinidimus, et serio consideravimus. Quæ quidem multiplici consideratione cum variis Nobis difficultates obortæ essent, quarum aliquibus conscientia Nostri anceps, incertaque reddebatur, tales Nobis imperatoris jussu responsiones, atque declarationes datæ sunt, ut rebus omnibus perpensis, de itineris Nostri opportunitate ad bonum religionis, quod Nobis proponimus, consequendum Nos omnino persuaserint. Hæc tamen fusiori sermone singillatim persequi opus non est, cum tota hujus tractationis ratio vobis explorata sit, quorum sententias, antequam in re facti momenti quidquam a Nobis statueretur, et sciscitati sumus, et, uti par erat, plurimi fecimus.

Ne vero illud, quod in maximis deliberationibus suscipiendis ante omnia necessarium est, prætermitteremus, probe conscii quam semper sint, juxta divinæ sapientiæ effatum,

cogitationes mortalium timidæ, et incertæ providentiæ Nostræ, ab hominibus morum integritate, et pietate præstantibus, quorum orationes sicut incensum diriguntur in conspectu Dei, iuges, enixasque preces fieri curavimus ad patrem luminum, ut, eo dirigente, id solum a Nobis ageretur, quod placuisset oculis suis, et hono, incrementoque Ecclesiæ cæsurum esset.

Testis est Nobis Deus, coram quo cor Nostrum humiliter effudimus, ad quem crebro manus Nostras ereximus in templo sancto suo, ut exaudiret vocem deprecationis Nostræ, essetque adiutor Noster, Nos nihil aliud Nobis proposuisse, quam quod in omni re gerenda proponere Nobis debemus, majorem, scilicet ipsius gloriam, catholicæ religionis utilitatem, animarum salutem, et apostolici muneris implementum, quod Nobis, licet immerentibus, ab eo creditum est. Testes vos ipsi estis, venerabiles fratres, quibus, ut vestris consiliis adjuvaremur, omnia cogita, et perspecta esse voluimus, atque intimiores animi Nostris sensus plenissime communicavimus. Itaque, tam gravi negotio divina ope ad exitum hac ratione perducto, fiducialiter agentes in Deo salvatore Nostris, alacri animo Nos itineri committimus, cujus suscipiendi causis adeo gravibus incitamur. Pater misericordiarum Deus gressibus Nostris, ut speramus, benedicet, atque hanc epocham religionis, gloriæque suæ incremento etiam illustrabit.

Exemplo prædecessorum Nostrorum, ac præsertim novissimo recolendæ memoriæ Pii papæ VI., qui hoc idem decrevit cum Viadobonam esset profecturus, certiores vos facimus, venerabiles fratres, Nos ea jam disposuisse, et ordinasse omnia, quibus cautum est, ut curia, et causarum audientia una cum Nostris, et sanctæ hujus Sedis administris post discessum Nostrum ab urbe, ad quam, regimine totius Ecclesiæ, ac ditionis Nostræ ita postulante, redire maturabimus, in eo, in quo nunc sunt, statu, actuque permaneant. Cumque omnibus imoriendi necessitatem impositam, et incertam mortis diem animo agitemus, illud quoque iisdem prædecessorum Nostrorum exemplis inherentes, ac novissimo Pii VI.

Viadobonam proficiscentis, præcavendum, et prævidendum duximus, ut pontificia comitia Romæ haberentur, si nos Deus ab urbe absentes humanis rebus eripere voluerit. Postremo hoc a vobis vehementer petimus, et flagitamus, ut qua semper in Nos fuistis voluntate, eandem perpetuo retineatis, Nosque absentes multo magis commendatis omnipotenti Deo, ac Domino Nostris Jesu Christo, ejusque gloriosissimæ Mariæ Virgini, ac beato apostolo Petro, ut prosperum, ac fortunatum sit iter Nostrum, ac felicem exitum consequatur. Quod si, ut speramus, ab auctore omnium bonorum Deo impetrabimus, vos, venerabiles fratres, quos in partem vocavimus consiliorum Nostrorum, rerumque omnium, magoam etiam habebitis in communi gaudio partem, cunctique exultabimus, et lætabitur in misericordia Dei.

CCCXXXVI

De rogatio legum servandarum in electione novi pontificis in casu decessus durante itinere suscipiendo in petenda Luthetia Parisiorum.

Pius Episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quamvis nonnulli Romani Pontificum pontifices prædecessores Nostris summa cum providentia, studio, ac vigilantia, ea omnia variis in temporibus juxta rerum opportunitatem statuere curaverint, quæ ad spirituale universalis Ecclesiæ regimen necessaria fore existimarunt; nihilominus certæ quædam causæ interdum exigunt, ut vel ea, quæ jam statuta sunt confirmentur, vel alia novis legibus decernantur, prout salubriter expedire conspiciuntur.

§. 2. Ea nimirum est humanarum rerum miserima conditio, ut aliquando necesse sit juxta temporum circumstantias ea ratione procedere, qua Ecclesiæ utilitati opportuna methodo provideatur.

§. 3. Hisce sane de causis prædecessor Noster sa. me. Pius pp. VI.

Dat. die
29. Octobris
1804
anno V.

Ratio concessio-
nis.

Memorantur
providentiæ

in simili casu
capta a Pio
papa VI.

anno MDCCLXXXII. antequam ob ecclesiastica negotia versus Vindobonam proficisceretur, curiam et causarum audientiam, una cum omnibus suis, et hujus sanctæ Sedis administris post ejus ab urbe discessum illo in statu, actoque, quo erant, remansuras, et in eventum fortasse sui obitus, pontificia comitia pro electione novi pontificis Romæ juxta statutam formam habenda esse declaravit.

Derogationis
tenor.

§. 4. Quum itaque in præsentiarum pastoralis officii Nostri sollicitudo postulet, ut per aliquod temporis spatium ab urbe absentes Parisios accedamus; dum curiam, et causarum audientiam cum omnibus Nostris, et apostolica Sedis ministris Romæ mansuras decernimus, humanæ vitæ periculis cogitare non præmittimus. Minime idcirco dubitantes, quod venerabiles fratres Nostri S. R. E. cardinales in urbe de more resideant, si tempore Nostræ absentiae Domino placeat. Nos ad superos evocare, illis legibus, quæ de habendis comitiis in loco ubi mortuus sit pontifex constitutæ sunt per hasce Nostras literas expresse derogamus, ac motu proprio, et ex certa scientia sancimus, ut habita de Nostro obitu notitia, præscriptisque consuetis suffragiis in præscripta formula habeantur comitia pro electione futuri pontificis.

Clausula sub-
lata. et de-
cretum irri-
tans.

§. 5. Quapropter præsentibus Nostras literas perpetuo validas, et efficaces existere, suosque integros effectus sortiri, et obtinere, atque etiam si quilibet in præmissis jus vel interesse habentes, seu habere prætendentes non consenserint, nec ad ea vocati, neque auditi fuerint, ab eis ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio
contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, et cancellariæ Nostræ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris super electione summi pontificis hæcenus editis, in ea parte tantum præsentibus literis non congruentibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides haben-
da transum-
ptis.

§. 7. Præsentium autem transumptis etiam typis impressis, manu ali-

cujus notarii publici subscriptis, et personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, eadem fides prorsus volumus ut adhibeatur, ac si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ sanctionis, decreti, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio kalendas novembris, pontificatus Nostri anno quinto.

Sanctio pœna-
lis.

CCCXXXVII.

Electio vicarii generalis in locum absentis pro fratribus ordinis Missionum de urbe.

Dat. die
30 octobris
1804.
anno V.

Pius PP. VII.

§. 1. Quum, uti accepimus, dilectus Nobis in Christo Franciscus Florentinus Brunet presbyter congregationis Missionis ab urbe, in qua post obitum h. me. Joannis Felicis Joseph Cayla de la Garde ultimi superioris generalis, hucusque vicarii generalis munus sustinuit, discesserit, et in Galliam ob aliqua ipsius congregationis negotia peragenda profectus sit, non amplius reversurus, ad hoc ipsum officium implendum dilectum pariter Nobis in Christo filium Carolum Dominicum Sicardi, primum ejusdem congregationis assistentem generalem, sufficimus, ac deputamus; qui Romæ degens hanc ipsam congregationem regat, atque gubernet.

Deputationis
tenor.

§. 2. Quia vero huic officio adnexa est tum cura, et gubernatio communitatis mulierum, seu puellarum charitatis, ubicumque erectæ, vel erigendæ, tum deputatio presbyterorum dictæ congregationis, qui ad missiones apud infideles continuandas, aut de novo stabiliendas missi jam sunt, vel subinde mittentur, utramque provinciam hujusmodi

Officia cenere
dita.

penes prædictum Brunet, sicut hucusque, ita et in posteram remanere volumus, et declaramus; ita ut ipse Sicardi Romæ degens tamquam vicarius generalis solius, totiusque congregationis Missionis a Nobis nominatus, ac deputatus censeatur ad omnes ejusdem congregationis domos ubique, videlicet in Italiæ, Germaniæ, Poloniæ, Hispaniæ, ac Lusitaniæ regionibus erectas, erigendasque in Domino gubernandas. Quapropter apostolicam benedictionem ipsi imperitantes, eas omnes facultates, quæ in regimine totius congregationis prædictæ superiori generali competunt, eidem tribuimus, et, quatenus opus sit, auctoritate apostolica confirmamus.

Assignatio assistentium.

§. 3. Ut autem in re tanti momenti omnia secundum ordinem fiant, et juxta instituti missionis leges, et constitutiones serventur, suos ipsi assignamus assistentes, quorum consilio, et opera opportune utetur, nimiram, præter ven. fratrem Nostrum Benedictum Fenaja archiepiscopum Philippensem, Nostrique in urbe vicesgerentem jam dudum a Nobis electum, dilectos filios Romualdum Ansaloni provinciæ Romanæ dictæ congregationis visitatorem, Johannem Antonium Bistolfi, et Hectorem Hypopolitum Passerat, ejusdem congregationis sacerdotes. Insuper in officio admonitoris, qui de rebus non levioris momenti ad ejusdem vicarii generalis personam, et officium pertinentibus, ipsum commonefaciat, sacerdotem alterum, idest Sebastianum Bertarelli deputamus. Præsentibus valituris ad Nostram, seu Nostrorum in pontificatu successorum voluntatem. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima octobris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Executio.

§. 4. Hæc sanctissimus Dominus Noster papa Pius septimus mandavit mihi infrascripto in audientia die xxx, octobris MDCCCIV., jussitque fideliter exequi in omnibus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Benedictus archiepiscopus Philippensis vicesgerens.

CCCXXXVIII.

Dat. die
31 octobris
1804
anno V.

Confirmatio literarum apostolicarum editarum a Pio papa VI. super licentia cardinalibus concessa celebrandi comitia pro electione novi pontificis loco melius eis benevisio.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Quæ et quanta superioribus annis non minus adversus sanctiona Ecclesiæ jura, et libertatis quam adversus apostolicæ Sedis dignitatem, pontificiamque jurisdictionem perpetrata fuerint satis omnibus nota sunt: notæ iidem literæ a felici recollectione Pio papa VI. prædecessore Nostro, super electione novi pontificis emanatæ, tam Romæ, quam prope Florentiam, dum ipse in Carthusianorum cœnobio morabatur, tempore quo etiam sacri collegii cardinales, hac illac dispensi, variis in regionibus hospitabantur. Nos vero ex quo catholicæ Ecclesiæ gubernacula, licet immerentes, Deo sic disponente tractanda suscepimus, innumeras, et gravissimas e sublimi hac apostolica specula pontificatui Nostro ingruentes prospeximus difficultates, easque periculi pleas existimavimus, quæ libertati Ecclesiæ in primis abesse videbantur.

Memorantur literæ ad rem expeditæ a Pio papa VI.

§. 2. Quoniam autem apostolici ministerii ratio nunc a Nobis exposcit, ut per aliquod temporis spatium, ab urbe recedamus, cum jam per alias Nostras hesternæ die sub plumbo expeditas literas comitia pro novi pontificis electione, si quid absentibus Nobis humanitus acciderit Romæ habenda stalerimus; animo cogitantes, quod ob imperscrutabilia Dei judicia novæ in urbe possunt evenire calamitates, atque ita fortasse augeri, ut venerabiles fratres Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales Roma discedere, ac alibi se se conferre cogantur, huic quoque male, quod idem Deus avertat opportune consulendum esse judicavimus.

Causa verificanda, ut novæ concessioni fiat locus.

§. 3. Vestigiis itaque laudati Pii prædecessoris inherentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apo-

Confirmationis, et novæ declarationis tener.

stolicæ potestatis plenitudine ad cunctas in uno, alterove casu arcendas ambiguitates cardinalium collegio Romæ existenti eas omnes circa negotium electionis futuri pontificis de novo elargimur peculiare facultates, quæ ab eodem prædecessore Nostro Pio VI. per suas sub plumbo literas datas iii. kalendas januarii anni Domini MDCCCXCVII. fuerunt imperitæ. Si vero collegium ipsum ab urbe debuerit exulare in huiusmodi arumnosis circumstantiis ad præstolandam liberam, et tranquillam pontificis successoris Nostri electionem committa in alicujus catholica proiudicatione habenda decernimus, et mandamus, atque in hunc finem, omnes et singulas in allatis memorati Pii VI. prædecessoris sub plumbo literis datis ex cœnobio Carthusianorum prope Florentiam idibus novembris anno Domini MDCCCXCVIII. contentas facultates, Nos itidem venerabilibus fratribus Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus denuo concedimus, renovamus, confirmamus, omniaque, et singula statuta, ac mandata in una, aut altera ex iisdem literis, quarum tenores habendi erunt, perinde, ac si de verbo ad verbum essent præsentibus inserti, integre, ac inviolabiliter respective observari volumus, atque præcipimus. Pro certo idcirco habentes, quemlibet sacri collegii cardinalem, in negotio tanti momenti catholicæ religionis, et Ecclesiæ tranquillitatem spectante, nullam priorum commodorum, sed universi catholici gregis curam dumtaxat habiturum, ut concordibus studiis novus pontifex celeriter eligatur, qui Petri naviculam assiduis agitatum fluctibus opportune regat, atque gubernet.

tenus opus sit Nostri, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, omnibusque aliis constitutionibus, et literis apostolicis, quæ prædictus Pius prædecessor, suis literis specialiter enunciando voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus insuper, quod præsentium transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostri mandati, confirmationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, pridie kalendas novembris, pontificatus Nostri anno quinto.

Fides habenda transumptis.

Sanctio poenalis.

CCCXXXIX.

Confirmatio deliberationis initæ per secretarium status cum deputatione ejusdem in iudicem privatum super futuris controversiis pro collegio Germanico Hungarico de urbe.

Dat. die 31 octobri 1804. anno V.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, illud curandum arbitramur, ut Nostrorum, et S.R.E. in temporalibus subditorum, ac præsertim ecclesiasticorum collegiorum jura, etiam post tot, tantasque superiorum temporum vicissitudines, sarta, tecta, sincera, et integra maneant.

§. Cum igitur post editam Nostram illam constitutionem, quæ incipit = *Post diuturnas* = dilectus filius modernus in provincia Urbinate delegatus. Noster apostolicus

Proemium.

Expositio prærum, et decreti editi ad rem a cardinale Conalvio.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes propterea has pariter Nostras literas, etiam ex eo quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere præcedentes minime vocati, neque auditi fuerint perpetuo validas esse, et fore, atque ab omnibus, et præsertim iis, ad quos specialiter spectat, et pro tempore spectabit non solum plenissime suffragari, sed etiam inviolabiliter pariter observari, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, etiam quæ Bull. Rom. Tom. XII. F. 78

jurisdictionem territorialem personalem, quam ante notissimas superiorum temporum procellas collegium Germanicum Hungaricum de urbe, ac pro eo ipsius collegii protector, tam in fundis, quam personis ad abbatiam sanctæ Crucis Fontis de Avelana Senogalliensis et Eugubinae, seu alterius diocesis pertinentibus ab immemorabili tempore exercuerat, jam cessasse putaret; cumque venerabilis frater Noster Aloisius episcopus Albanensis S. R. E. cardinalis Valenti Gonzaga nuncupatus zelantissimus ejusdem collegii apud Nos, et sanctam Sedem protector Nobis humiliter supplicasset, ut ipsam collegium in jurisdictionem hujusmodi possessione manteneandam fore mandarem, Nos, ut, qua pars erat, procederemus maturitate, rem omnem dilecto filio Nostro Herculi ejusdem S. R. E. diacono cardinali Coasalvi nuncupato secretario status dignoscendam remisimus, ut ipse pro suo acri ingenio, rerumque usu consulere, prout rationi consentaneum esset. Qui Hercules cardinalis utraque parte in scriptis audita, ac rationibus hinc inde deductis diligenter expensis, prævio Nostræ vivæ vocis oraculo, sentit, atque deliberavit jurisdictionem collegii prædictam, per Nostram memoratam constitutionem minime fuisse abrogatam. In ipsa namque constitutione eas tantum jurisdictiones aboletas esse volumus, quæ alicui peculiari exemptioni, et privilegio personali, vel locali nitentur, aut ex officio aliquo in materiis, et delictis communibus penderent, non autem illas abrogavimus jurisdictiones, quæ essent territoriales, ac feudales, qualis in dicta abbatia ipsius collegii jurisdictio fuisse dignoscitur.

Confirmatio
dicti decreti

§. 3. Nos itaque, ut multos Romanos pontifices prædecessores Nostros imitemur, qui idem collegium maximis favoribus ornarunt; quippe quia ex ejus gremio quamplurimi prodire S. R. E. cardinales S. R. I. electores, archiepiscopi, episcopi, abbates, alique qui et probitate morum, et doctrina non mediocriter florere, ac etiam ecclesiasticis dignitatibus præfulgentes, deliberationem Herculis cardinalis prædictam apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio munire, idemque collegium specialibus gratiis, et favoribus prosequi

volentes, ac singulares personas, quibus præsentis Nostræ literæ favent, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, ac certa scientia, ac maturo consilio Nostris, prædictam Herculis cardinalis deliberationem, seu sententiam, qua de jure sancitum, et declaratum fuit, ad prædictum collegium Germanicum Hungaricum, ac pro ipso ad ejus cardinales protectores pro tempore existentes spectare jus exercendi plenam, ac absolutam jurisdictionem feudalem, et territorialem in prædicta abbatia in omnibus causis civilibus, criminalibus, et mixtis, quæ respiciant actiones, et jura ad eandem abbatiam pertinentia, vel crimina etiam communia, quæ intra fines abbatiæ ab ejus ministris, colonis, aliisque, licet exteris, committi possint, eo ipso modo, quo cæteri barones, ac feudatarii ditionis Nostræ pontificiæ suam in propriis feudis exercent jurisdictionem, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illique inviolabilis, et perpetuæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in ea quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus: itemque si, et quando in posternum novæ super jurisdictionis hujusmodi exercitio, et pertinentiis quomodolibet suborirentur dubitationes, et controversiæ, tam cum delegato apostolico prædicto, quam cum alio quocumque judicante, pro iisdem dubiis tollendis, ac quæstionibus decidendis nunc, et pro tempore in perpetuum existentem cardinalem secretarium status in judicem privativum, et æconomicum, qui de plano, ac sine strepitu judiciali, et quacumque appellatione remota, easdem controversias definiat, et dubia hujusmodi, prout rationi consentaneum erit, resolvat, ita ut quæstiones, vel dubia hujusmodi coram quocumque alio iudice, aut tribunali, vel etiam S. R. E. cardinalium congregationi proponi non possint, auctoritate, et tenore prædictis constituimus, atque deputamus.

§. 4. Decernentes ipsas præsen- Clausula su-

blata et decretum irritum.

tes litteras firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, memorata Nostra, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima octobris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCGXL.

Dat. die
13 novemb.
1804
anno V.

Facultas dignitatibus, et canonicis collegiatae ecclesie Valentie Bracharensis diocesis gestandi tibialia, et zonam violaceam, ac fasciolam viridem in pileo in perpetuum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigia prementes, ecclesiasticis viris, et Altissimo famulantibus in augustioribus templis peculiaria ornamenta deferenda interdum concedimus, ut ipsi vel per externas hujusmodi honorificentias excitati internarum splendore virtutum præluere in domo Domini magis, magisque nitantur.

Expositio precua.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis dilecti filii capitulam, et canonici insignis, ut asseritur, collegiatae ecclesie sancti Stephani oppidi Valentie Mirici Bracharensis diocesis nuper exponi fecerunt, idem capitulum antiquitatis præsertim laude ita emineat, ut ex certis monumentis melior capituli cathedralis ecclesie Thudensis pars ab origine fuisse dicatur,

Bull. Rom. Tom. XII. F. 78

atque inter vêtusta privilegia illud quoque numeretur, ut jurisdictione in toto Valentiano territorio cum jure, et titulo visitandi olim exercuerit, multum splendoris ad ipsum accederet, si ejusdem capituli dignitates, et canonici novis decorationibus per Nos, et hanc sanctam Sedem donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dignitatibus, et canonicis nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus dictæ collegiatae sancti Stephani, ut ipsi zonam violaceam cum floccis, seu lemniscis coloris similis, et tibialia itidem violacea, ac demum fasciolam cum lemniscis coloris viridis pilei fornici obvolutam privatim, ac publice in dicta diocesi Bracharensi gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ac dignitates, et canonicos prædictos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro, apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia novembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
13 novemb.
1801
anno V.

In illi signi CCCXLI. anni supra
enclitico in fine, uti dicitur, in
**Institutio novæ cathedræ de Mine-
ralogia, et Historia Naturali in Ro-
mano archigymnasio Sapientiæ pro-
collegio advocatorum concistoria-
lium urbis.** cuius institutio in
anno 1797. facta fuit, et in anno
1801. confirmata fuit. **Pius PP. VII.**
Ad futuram rei memoriam.

Expositio præ-
cipuum, et ratio
concessionis.

§. 1. **U**beres dum mentis No-
stræ fructus occurrunt, quibus eo
ditatur magis humana respublica, quo
hominum ingenii major, ampliorque
patet literarum palestra, nihil sane
ducimus omittendum quidquid ad
extendenda augendaque artium, atque
disciplinarum studia conferre posse
conspicimus. Quam itaque rerum na-
turalium varia supellex, cui in ar-
chigymnasio Sapientiæ Urbis
Nostræ omnifariam coagmentandæ
pluribus ab hinc annis tum a Nostris
prædecessoribus, tum a Nobis etiam
ipsis iugis est adhibita cura, adeo
jam in musæum exereverit, ut quem-
admodum nuper exponi Nobis fece-
runt dilecti filii collegium advocato-
rum concistorialium, nil desiderari
aliud videatur, quam peritus, ac ido-
neus vir, qui custodiam musæi hu-
jusmodi peculiarem suscipiat, et de
mineralogia studiosam juventutem pu-
blice erudiat, erentque ipsi advocati,
ac humiliter flagitent hac in re per
Nos provideri opportune, atque ut
infra indulgeri.

Tenor con-
cessionis.

§. 2. Nos ad archigymnasii de-
cus, scientiarumque augmentum ex-
ponentium votis libenter obsecundan-
tes, ipsosque omnes, ac unumquem-
que ipsorum a quibusvis excommu-
nicationis, et interdicti, aliisque ec-
clesiasticis censuris, sententiis, et pœ-
nis quovis modo, et quacumque de
causa latis, si quas forte incurrerint;
hujus tantum rei gratia absolventes,
et absolutos fore censentes, supplica-
tionibus ipsorum nomine Nobis hu-
militer porrectis inclinati, auditis prius
dilectis filiis magistro Alexandro Laa-
te cæmère Nostræ apostolicæ the-
saurario, et archigymnasii prædicti
moderno rectore, auctoritate aposto-
lica tenore præsentium cathedram
mineralogiæ, et historiæ naturalis
eodem in archigymnasio erigimus, et

constituimus, et in cathedræ hujusce
lectionem publicam dilectum filium
Carolus Josephum Gismondi con-
gregationis clericorum regularium Ma-
tris Dei Scholarum Piacum nuncupa-
tarum expresse professum, et luculenter
tam ob ejus scientiam, atque peritiam
in rebus naturalibus, quam ob ejus
idoneitatem, ac zelum, in recte edo-
cendis juvenibus apud Nos commen-
datum, pro hac prima vice nomina-
mus, et facimus, etique annuum scu-
tatorum centum, et viginti stipendium
statuimus, et assignamus, nec non
omnes ac singulos honores, præroga-
tivas, gratias, et indulgentias, aliis
archigymnasii lectoribus concessa, ac
per eosdem, quomodolibet gauderi,
solita concedimus, atque tribuimus,
onusque simul diligenter custodiendi
præmemoratum musæum, seduloque
incumbendi lectionibus, quas publice
de mineralogia, et historia naturali
habiturus in archigymnasio erit per
totum annum scholasticum, ac illa
præcipue dierum hora, quam ei ad-
vocatorum prædictorum collegium
designaverit, imponimus, ac stricte
injuungimus.

§. 3. Decernentes easdem præ-
sentes literas firmas, validas, et efficaces
existere, ac fore, suosque plenarios,
et integros effectus sortiri, et obtine-
re, ac iis omnibus, ad quos spectat,
ac spectabit pro tempore, plenissime
suffragari, et ab eis respective invio-
labilitate observari; sicut in præmis-
sis per quoscumque iudices ordina-
rios, et delegatos etiam causarum pa-
latii Nostræ apostolicæ auditores judi-
cari, et definiri debere, ac irritum
et inane, si secus super his a quo-
quam quavis auctoritate scienter vel
ignoranter contingerit attentari. Non
obstantibus constitutionibus, et ordi-
nationibus apostolicis, nec non supra-
dicti archigymnasii etiam juramento,
confirmatione apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis statutis, et
consuetudinibus, cæterisque contrariis
quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ac decla-
ramus expresse, quod lector cathedræ
hujusmodi nihil unquam in iis, quæ
ad augmentum stipendiorum juxta
præstitutas in archigymnasio regulas
obtinere consuetum atinet, commune
habeat cum aliis lectoribus, sed in
recensita sui stipendii summa cen-
tum ac viginti scutorum semper ma-

Clausula sub-
lata et decer-
tum irritum.

Declaratio spe-
cialis quoad
enclitico n-
tum lectoris,
ejusque ele-
ctionem.

nerè, semperque de ea solum contentus esse debeat: quodque lecturam ejusdem prædictæ cathedræ si et quando imposterum vacare contingat, tunc quoad novum eligendum lectorem adamussim servetur in omnibus et per omnia felicitis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri constitutio, quæ incipit = *Inter conspicuos ordines*. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die decima tertia novembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLII.

Dat. die
4 decembris
1804.
anno V.

Confirmatio decreti congregationis sacrorum Rituum pro clero sæculari, et regulari civitatis, et diœcesis de Cusco in Indiis Occidentalibus.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio præcum.

§. 1. **Q**uam sicut exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii clerus secularis, et regularis civitatis, ac diœcesis de Cusco in Indiis Occidentalibus, ipsi pro peculiari erga sanctum Josephum beatissimæ Mariæ virginis sponsum suæ devotionis affectum recitare quotannis in die decima nona cujuslibet mensis officium proprium cum missa in honorem ejusdem sancti, prout in illius die festo recitatur, plurimum cupiant, humiliterque a Nobis exposcant.

Tenor cessionis.

§. 2. Nos ipsos exponentes in devotione hujusmodi confovere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attestata dilecti filii magistri J. de Carpineo secretarii congregationis sacrorum rituum relatione, eisdem exponentibus, ut posthac prædictum offi-

cium cum missa ipsi in supradictis diebus ritu semiduplici, exceptis tamen temporibus adventus, quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, ac iis diebus, in quibus juxta rubricas reponendum sit officium dominicæ, aut festi translati, libere, et licite recitare possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die quarta decembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

CCCXLIII.

Dat. die
14 decembris
1804
anno V.

Indultum gestandi rocchetum, et mantelletam, vel cappam magoam, nec non palmari in perpetuum pro canonicis collegiæ sancti Laurentii civitatis Florentinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **Q**uam splendoris, ac venerationis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium afferre valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia, non modo varias pro varietate festorum, et solemnitarum sacerdotibus suis in sacris faciendis præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia etiam ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Proemium.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum,

Expositio præcum.

et canonici regalis ecclesie collegiate insignis sancti Laurentii civitatis Florentinae, quod quamquam ejusdem collegiate dignitati, et canonicis a felicis recordationis Leone pp. X. prædecessore Nostro per suas apostolicas sub plumbo pridie nonas octobris MDXX., ac successive a recordanda memorie Gregorio pp. XIII. prædecessore itidem Nostro per similes suas idibus junii MDLXXXIII. datas literas concessum fuit, ut ipsi loco cottarum linearum, et almutiarum, quas ex iis temporibus gestabant, habitum, quem alii canonici metropolitane ecclesie Florentinae tunc temporis deferebant, deferre (nigrum autem, non violaceum) possent, et valeret, numquam adhuc tamen habitu hujusmodi usi sunt, sed veterem illum suum retinuerunt, ac retinent. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, metropolitane canonici decentioribus, et commodioribus nunc fruantur insignibus, eumque collegiata ipsa patrimonii amplitudine, templi nitore, sacrarum suppellectilium copia, sacerdotum probitate, et doctrina, populi christiani frequentia, et missarum numero etiam ex eo, quod defunctorum principum Hetruscorum ossa ibi quiescunt, non parum inter alias Florentinas ecclesias floreat, divinus cultus, populique devotio majora ibi susceperet incrementa, si ejusdem collegiate canonice tandem aliquando et sibi jamdiu concessis insignibus utantur, ac novis decorationibus donentur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos carissimæ in Christo filie Nostræ Mariæ Aloisæ Hetruriae reginae illustris, et regentis intuitu, quæ pro eo, quo semper flagrat avito religionis zelo, preces Nobis desuper oblatas vehementer commendavit, dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorundem canonicorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fere censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, ac pro tempore in perpetuum existentibus dignitati, et canonicis memoratæ sancti

Laurentii collegiate, ut ipsi posthac rochetum, et mantelletam nigram limbo cremisini coloris circumdatam, ac tela serica ejusdem cremisini coloris subutam, vel in aliis anni temporibus, aut solemnioribus festivitibus loco mantelletæ hujusmodi cappam magnam pariter nigram cum nigris armellinis pellibus tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processioibus, et aliis functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, nec non palmari vulgo = bugia = in sacris faciendo, et aliis presbyteralibus functionibus exercendis in omnibus civitatibus, et locis Hetruriae regi subjectis uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, dictosque dignitatem, et canonicos desuper a quocumque impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiate etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die decima quarta decembris millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.



Dat. die
18 decembris
1874
anno V.

CCCXLIV.

Ampliatio indulti de uno ad duos menses vacandi a choro, et percipiendi in absentia fructus, et distributiones quotidianas in perpetuum pro beneficiatis ecclesie parochialis s. Catharinæ v. et m. civitatis Valentiniæ.

Venerabili fratri archiepiscopo
Valentino.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Nuper exponi fecerunt Nobis dilecti filii beneficiati, qui clerum constituunt ecclesie parochialis sancte Catharinæ virginis et martyris civitatis Valentiniæ, quod felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster anno MDCCLXXI. ipsis indulset, ut tertia eorum pars pro uno tamen mense cujuslibet anni vacare posset a choro absque distributionum quotidianarum jactura, iis tamen exceptis, quæ personalem præsentiam postulant. Tunc temporis autem sexaginta beneficiati ista in ecclesia numerabantur, qui in præsentiarum ad quadraginta tantum redacti sunt defectu reddituum, qui pro hoc solo numero sustentationem congruam afferunt. Sed præterquam quod multum imminuta est quantitas beneficiatorum, multum quoque eo ab hinc tempore excreverunt, tam mane, quam vespere functiones ecclesiasticæ, ita ut gravius nunc factum sit pondus laboris iis, qui choro inseruiunt. Hinc vacatione duorum in anno mensium æque ac clerus fere omnis aliarum parochialium, licet et numero minor, et minori obstrictus servitio, ex apostolicæ Sedis gratia isthic jam gaudet, posse gaudere vel ipsi desiderant, enixisque precibus humillime a Nobis efflagitant.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, ac ipsorum singulos specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei

gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, quatenus veris existentibus prænarratis, laudati prædecessoris indultum, quod ad unum dumtaxat mensem in anno pro tertia parte beneficiatorum prædictæ ecclesie, ut præfertur, concessum fuit, deinceps ad duos menses uniuscujusque anni, et non ultra, ac exceptis festis solemnioribus a te designandis, pro quarta, vel quinta eorundem, ac etiam successorum parte, per turnum, prout magis in Domino expedire censueris, ita quidem, ut pars hujusmodi a choro per eos menses abesse, et nihilominus omnes et singulos suorum beneficiorum fructus, redditus, et proventus, nec non distributiones quotidianas, servata tamen quoad has conditione prioris indulti, dummodo nempe præsentiam, assistentiamque personalem non requirant, exigere, atque percipere, suosque in usum, et utilitatem convertere, perinde ac si cunctis chori et ecclesie servitiis, functionibusque interessent, libere, et licite valeant, auctoritate Nostra apostolica pro tui prudentia, et arbitrio gratis extendas, et amplies.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ parochialis ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majoram, sub annulo piscatoris die octava decembris millesimo octingen-

Derogatio con-
trariorum.

Expositio pre-
cui.

Tenor conces-
sionis.

tesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die
22 decembris
1804
anno V.

CCCXLV.

Territorium s. Cornelii alias in diœcesi Eleni existens, diœcesi Gerundensi incorporatur.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur
præcedentes
literæ quibus
constituta fuit
diœcesis Elen-
sis.

§. 1. Cum per apostolicas Nostras, alias sub plumbo expeditas literas apud sanctam Mariam Majorem decimo kalendas proxime præteriti mensis augusti datas, pontificatus Nostri hoc anno quinto, vallem de Arania ad Pireneos montes positam prope flumen Garumnam, ejusque integrum territorium cum omnibus in ea, seu eo cujuscumque generis degentibus habitatoribus tam ecclesiasticis, quam laicis, omnibusque etiam ibi contentis ecclesiis etiam parochialibus, monasteriis, cappellis, ac beneficiis, alias sub ordinaria jurisdictione episcopalis ecclesiæ Conventuarum per Nos antea apostolica auctoritate suppressæ, ne ob jam peractam in Gallicano dominio omnium diœcesum novam circumscriptionem, omniumque episcopalium ecclesiarum novam pariter erectionem, habitores prædicti territorii, utpote non Gallicano gubernio, sed charissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi in temporalibus obtemperantes, absque proprio ecclesiastico pastore remansuri essent, ordinationi, potestati, et jurisdictioni tam moderati, quam in posterum respective existentium ecclesiæ Urgellensis episcoporum perpetuo subjecimus, ac prædictam vallem de Arania cum suo integro territorio eidem diœcesi Urgellensi adjunximus, et incorporavimus.

Exponitur ratio decernendæ novæ dismembrationis

§. 2. Modo autem cum pariter intellexerimus quod vicus, aut regio sub sancti Cornelii titulo vulgo etiam Rixellas nuncupatus, aut nuncupata sub ipsius Caroli regis dominio existens, pridem sub episcopi suppressæ

ecclesiæ Elenensis spirituali jurisdictione comprehensa reperiebatur, similiratione congruum existimamus, ut habitores omnes in toto hujusmodi territorio, Gallicano dominio contermino degentes, moderni et pro tempore existentium Gerundensis ecclesiæ episcoporum gubernio et jurisdictioni perpetuo subijciantur.

§. 3. Apostolica itaque sollicitudine adducti, ac religiosi votis ejusdem Caroli regis obsecundando, integrum territorium supra enunciatum cum omnibus in eo contentis personis, et habitatoribus, tam ecclesiasticis, quam laicis cujuscumque generis, in temporalibus prædicto catholico regi obedientibus, et in eo existentibus ecclesiis et cappellis ante prædictam novam Gallicanarum diœcesum circumscriptionem sub episcopi suppressæ episcopalis ecclesiæ Elenensis spirituali gubernio comprehensis motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, episcopali ecclesiæ, et diœcesi Gerundensi perpetuo per præsentem adjungimus, et incorporamus, ac omnimodæ jurisdictioni, superioritati, visitationi, et correctioni moderni et pro tempore existentis episcopi Gerundensis, apostolica auctoritate prædicta supponimus, atque subijcimus, ita ut episcopus Gerundensis prædictus, per se, vel alium, seu alios ejus nomine in supradicta regione, seu vico, aut territorio, et in eo, seu eis contentis ecclesiis, aut cappellis, eorumque annexis, et pertinentiis, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani propria auctoritate, earumdem vigore præsentium cujusvis licentia desuper minime requisita libere apprehendere possit, et valeat.

Tenor novæ assignationis.

§. 4. Quapropter præsentem Nostras literas, omniaque in eis contenta, semper et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus inviolabiliter observari mandamus.

Clausula sublata.

§. 5. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, vel

Decretum irritans.

quosvis alios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, ac definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio con-
traciorum.

§. 6. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis, editis specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis in genere vel in specie alias in contrarium præmissorum forsan emanatis, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes; quibus omnibus, et singulis ad præmissorum omnium validissimum effectum, amplissime, plenissime, nec non specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Præterea volumus, ut præsentium transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent; exhibitæ; vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ adjunctionis, unionis, incorporationis, subjectionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, tertio decimo kalendas januarii pontificatus Nostræ anno quinto.

CCCXLVI.

Facultas regi catholico incorporandi in perpetuum unam commendam militiæ s. Jacobi.

Dat. die
22 januarii
1805.
anno V.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**x parte carissimi in Christo filii Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum nuper fuit, quod ipse, qui militiæ sancti Jacobi de Spatha administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus existit pro eo, quo fervet religionis zelo, proque eximio suo erga personas sub vexillis crucifixi Domini expresse militantes studio, ad levandam inopiam qua laborat regalis conventus dilectarum in Christo filiarum religiosarum vulgo *las Comendadoras* ordinis sancti Jacobi et mayor oppidi civitatis nuncupati Matriti Toletanæ diocesis, eidem conventui præceptoriam seu commendam de Hinososa del Valle militiæ prædictæ per obitum bonæ memoriæ jam comitis de Dublaiset vacantem perpetuo concedere, atque incorporare intendit, quatenus Nostra, et hujus sanctæ Sedis super hoc licentia sibi suffragetur, et facultas. Quare Nobis ejusdem Caroli regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut dicto conventui in præmissis providere dignaremur.

Expositio pre-
cum.

§. 2. Nos igitur susceptum a pio rege consilium maxime in Domino laudantes, easdem religiosas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem Carolo regi dictam præceptoriam, seu commendam de Hinososa memorato religiosarum conventui auctoritate Nostra apostolica in perpetuum concedendi, unniendi, atque incorporandi, ipsisque religiosis mulieribus in conventu hujusmodi nunc, et pro tempore in perpetuum existentibus, ut præceptoriam,

Tenor concessio-
nis.

GCCXLVII.

Dat. die 25 Januarii 1805 anno V.

seu commendam prædictam sic obtinere, illiusque fructus, redditus, et proventus quoscumque percipere, exigere, et levare, ac in conventus, ejusque ecclesie usus, utilitatemque convertere libere, et licite possiat, et valeant, sine tamen ullò jurisdiccario dictæ militiæ sancti Jacobi competentium, et præscripti, seu statuti per decretum generale vulgo per punto generale in cedula xvi. feb. MDCXXXVII. quoad solutionem decenniorum pacta, et a felo. rec. Pio pp. VI. prædecessore Nostro, per suas in simili forma brevis die xi. decembris MDCCLXXXII. expeditas literas confirmata præjudicio, atque cum debito in perpetuum persolvendi reliqua omnia onera regalia, et ordinaria, que quolibet anno super dicta præceptoria, seu commenda distribuenda erant, indulgenti plenam, et omnimodam facultatem eadem auctoritate, tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Nomo obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec mondicæ militiæ etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statuti, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogationibus, nullisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majoram sub annulo piscatoris die vicesima secunda Januarii millesimo octingentesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Erectio montis frumentarii in favorem nosocomii civitatis Alatrinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus constituti, illud præcipue curandum Nobis esse arbitramur, ut ea, quæ locorum ordinarii in pauperum levamen provide institui cupiunt, firmiter etiam, ac perpetuo instituuntur.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, publicum nosocomium civitatis Nostræ Alatrinæ reddituum penuria ita laboret, ut auctum nuperimis temporibus infirmorum numerum alendo, atque curando impar fuisset, nisi venerabilis frater Joseph ejusdem civitatis episcopus pro sua, qua in pauperes fervet charitate, verbo, et exemplo divites ciyes ad opem ei ferendam excitasset, cumque idem Joseph episcopus providas, suas hujusmodi curas in perpetuum futurum tempus extendens cupiat montem frumentarium ex undecim, quæ extant tritici rubris ipsius nosocomii erigi, ac perpetuo inviolabiliter servari in subsidium quoque pauperum agriculturalum, quibus triticeum semen ad serendum desit; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignareretur.

Ratio concessionis

§. 3. Nos igitur susceptum a dicto episcopo consilium maxime in Domino laudantes, atque ipsum episcopum, dictique nosocomii administratores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, montem frumentarium hujusmodi ex dictis undecim tritici rubris incipiendum, atque ex continuis augmentis successive complen-

Tenor concessionis

dum donec ad trecenta tritici rubra pervenerit, vel ad alium inferiorem numerum per ipsum Josephum episcopum intra annum proximum definiendum, sub immediata nunc, et pro tempore existentis episcopi Alatrii subjectione, adhibitis tamen duobus deputatis ecclesiastico uno, altero seculari per ipsum episcopum eligendis, atque ad ejus nutum in hujusmodi officio perdurandis, et cum privilegio manus regiae pro faciliore frumentorum repetitione, augmentorumque exigentia, nec non cum reliquis omnibus, et singulis privilegiis, quibus montes frumentarii hujusmodi civitatum, et locorum status Nostri pontificii tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, atque gaudere poterunt in futurum, auctoritate apostolica, tenore presentium in favorem dicti nosocomii erigimus in perpetuum, instituimus, et erectum declaramus.

Leges servandi.

§. 4. Volumus autem I. ut ejusdem montis administratores ab episcopo deputati teneantur singulis annis rationem reddere suae administrationis eidem episcopo, nulla interposita mora. II. Frumentum, seu triticum nemini distribuatur, nisi agricolis pauperibus, qui illud revera seminaturi sint, ac praestito ab eorum singulis, quatenus opus sit, fidejussore. III. Ut annuatim repetatur frumentum praestitum cum respectivis augmentis per similes montes exigi consuetis. IV. denique postquam rubrorum triticeorum numerus ad suum complementum pervenerit, augmenta, et emolumenta inde percepta, expletis oneribus, in dicti nosocomii dumtaxat utilitatem erogentur, neque in alios usus convertantur sine speciali Nostra, et Romanorum pontificum successorum Nostrorum facultate: dos vero, vel sors principalis frumentaria ejusdem montis omnino inalienabilis perpetuo maneat. Quas omnes, et singulas conditiones perpetuis futuris temporibus inviolabiliter servari, dicta auctoritate constituimus, atque mandamus.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto nosocomio, ejusque administratoribus in omnibus, et per

Bull. Rom. Tom. XII. F. 78

omnia plenissime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et defini debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictae civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae de speciali mandato Nostro die vicesima quinta januarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio consuetudinum.

CCCXLVIII.

Dat. die
29 januarii
1805
anno V.

Confirmatio nonnullarum literarum apostolicarum quibus jam hominibus terrae Valtupinae Fulginatensis diocesis indultum fuit, ne praetor terrae ejusdem assumi posset ex eis, qui originarii essent vicinarum civitatum.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti ea, quae a Romanis pontificibus praedecessoribus Nostris in favore Nostrorum, et Sanctae Romanae Ecclesiae

Proamiam.

in temporalibus subditorum provide concessa sunt, illæsa remanere volumus, ac etiam sæpe confirmamus.

Expositio pre-
cum.

§. 2. Exponi quidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii, universitas, et homines terræ Nostræ de Valturpina jam Nucerinæ, nunc autem Fulginatensis diocesis, quod dudum sibi a fel. rec. Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro sub certis modis, et forma tunc expressis auctoritate apostolica concessum fuit, ac successive a rec. meim. Benedicto pp. XIII. prædecessore itidem Nostro pariter confirmatum, ut in ipsius terræ prætorem nemo unquam eligi et assumi posset ex iis, qui originarii essent vicinarum civitatum, terrarum, et locorum non ultra decem millia passum ab ipsa terra distantium, ac alias, prout ex respectivis dictionum Urbani, et Benedicti literis in simili forma brevis die xiii. januarii MDCXLIII., et xxvi. septembris MDCCXXIX. desuper expeditis, quarum tenorem, præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, quod literæ prædictæ firmiter in suo robore existant, et serventur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis præsidio communiti summopere desiderant.

Tenor confir-
mationis.

§. 3. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet ionodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, memoratas Urbani, et Benedicti prædecessorum literas, et omnia, ac singula in eis contenta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et adprobamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur noviter adjiciamus, servarique mandamus.

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irri-
tans.

§. 4. Decernentes easdem Nostras præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis plenissime suffragari, et ab omnibus, ad quos

spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in præsentis Urbani, et Benedicti prædecessorum literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro sub annulo piscatoris die vicesima nona januarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio con-
trariorum.

GCCIL.

Dat. die
29 januarii
1805
anno V.

Facultas aggregandi pro confratribus sodalitiæ Animarum Purgatorii de Yecla Carthaginensis diocesis.

Venerabili fratri
Episcopo Carthaginensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii confratres sodalitiæ, quod sub titulo Animarum Purgatorii in parochiali ecclesia villæ de Yecla Carthaginensis diocesis canonice, ut asserunt, extat erectum, se quamplurimum cupere, ut indulgentiarum, quibus sodalitiæ gaudet, participes fieri possint etiam ii ex christifidelibus, qui habitum per confratres hujusmodi gestari solitum, ac propriis sodalitiæ sumptibus textum, consumtumque, et ab aliquo ecclesiastico viro debita ad id facultate prædito benedictum assequi, eoque in morte supervestiri voluerint. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio pre-
cum.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censeentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus prænaratis, eisdem exponentibus, ac eorundem quoque in perpetuum successoribus admittendi, et aggregandi, (juxta tamen formam a te præfigendam, provisoque simul, per te, ne qua unquam turpis lucri occasio subrepat.) sodalities prædictæ eos, etiam fideles, qui prædictum habitum expetierint, quique, sic admissi et aggregati de indulgentiis sodalities, ut præfertur, concessis participare, et defuncti quom fuerint, ejusdem sodalities habitu indutos efferrî et sepelliri libere, ac licite possint et valeant, licentiam et facultatem auctoritate Nostra apostolica pro tui arbitrio, et prudentia gratis impertiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die vicesima nona januarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCL.

Erectio metropolitanae ecclesiæ Ratisbonensis.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In universalis Ecclesiæ cura, quam redemptor Noster imperscrutabili suo judicio Nostræ humilitati committere dignatus est, eam inter cæteras officii Nostri sollicitudines præcipuam habendam esse cognoscimus, ut omnes christifideles ad

orthodoxæ fidei præsidium, ad religionis catholicæ incrementum, et ad æternam animarum salutem a propriis et idoneis pastoribus gubernentur. Atque idcirco gravibus impellentibus causis, et solum Deum præ oculis habentes Nostra studia in hanc rem conferre nunquam omittimus, prout necessitas exigit, ac temporum, locorum, et personarum qualitatibus mature pensatis conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad servandam unitatem, et restituendum catholicæ religionis exercitium in amplissimis regionibus, quæ temporali dominio charissimi in Christo filii Nostri Naupolconis Francorum imperatoris nunc subjacent, per Nostras sub plumbo expeditas literas datas Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo primo tertio kalendas decembris, pontificatus Nostri anno secundo, novam statuerimus diocesium circumscriptionem, atque inter cæteras metropolitanam ecclesiam Moguntinam perpetuo suppresserimus, eandemque ecclesiam noviter erexerimus in ecclesiam episcopalem suffraganeam archiepiscopi Mechliniænsis, quoad eam antiquæ diocesis territorii partem, quæ in sinistra fluminis Rheni ripa sita, Gallorum parit imperio, firmis interea atque integris remanentibus quoad reliquam ipsius antiquæ diocesis partem in ejusdem fluminis dextera ripa positam omnibus juribus, privilegiis, ac jurisdictione tam venerabilis fratris Caroli Theodori de Dalberg jam archiepiscopi Moguntini, quam illius metropolitanæ ecclesiæ capituli, Nobisque reservavimus curam secundodiectæ parti memoratæ antiquæ diocesi in posterum prospiciendi. Idem quoque decrevimus, quoad aliam ecclesiam metropolitanam Trevirensis quam pariter suppressimus, et in novam episcopalem ecclesiam ereximus, præfati Mechliniænsis archiepiscopi suffraganeam pro territorii parte sita intra limites imperii Gallicani, salvis in reliqua parte juribus itidem, privilegiis, et jurisdictione prioris illius archiepiscopi, et capituli prout in præfatis Nostris literis fusius continetur. Existente similiter civitate Coloniensi cum parte antiquæ suæ diocesis sub Gallicano imperio, eam-

Memorantur præcedentes literæ latæ pro efformatione novarum diocesium in regnis Galliarum.

demque vigore hujusmodi Nostrarum literarum jam dismembrata, et unita novis Galliarum diœcesibus, habitoque jam antea consensu capituli ipsius metropolitanæ ecclesiæ a pluribus annis vacantis, titulum, denominationem, naturam, et essentiam ejusdem ecclesiæ Coloniensis pari modo apostolica auctoritate, omnino suppressam, et extinctam censendam esse declaramus, firmis de cætero remanentibus ejusdem ecclesiæ, et capituli juribus, privilegiis, et jurisdictione in antiquæ diœcesis parte ad dexteram Rheni ripam sita, ac reservata Nobis cura prospiciendi in posterum similibus partibus antiquarum diœcesium Coloniensis ac Trevirensis: extincto tamen quocumque jure metropolitico, suppressis archiepiscopalibus ecclesiis Moguntina, Coloniensi, ac Trevirensi antea spectante.

Consultur de
cori suppressæ
sedis Mo-
guntinæ.

§. 3. Cum autem præ oculis semper habuerimus conspicuam sedem Moguntinam, quæ a sancto ipso Bonifacio Germaniæ apostolo illustrata antea pendebat, multum expediens futuram judicavimus, eandem veteris diœcesis Moguntinæ partem alii sedi addicere, in quam jura, honores, ac privilegia suppressæ metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ auctoritate Nostra transferantur, cumque per obitum bonæ memoriæ Josephi Conradi de Schrofenberg episcopi Frisingensis, simulque Ratisbonensis ecclesiæ administratoris a biennio circiter vacet eadem ecclesia Ratisbonensis, cujus gubernii spiritualis administrationem, attento lapsu temporis, juxta concordata Germaniæ, capitulo illius cathedralis pro electione novi episcopi præfiniti, atque ex peculiaribus causis per Nostras in forma brevis die decima quinta Julii anni Domini millesimi octingentesimi tertii sub annulo piscatoris expeditas literas prædicto Carolo Theodoro ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum commisimus, opportunam Nobis videtur in difficillimis hisce temporibus congruum aliquid juxta rerum et circumstantiarum exigentiam statuere, tam de vacante sede episcopali Ratisbonensi, quam de supramemorata parte antiquæ diœcesis suppressæ metropolitanæ Moguntinæ in dextera Rheni ripa existente.

Forum ad rem
panditum a

§. 4. Nonnullorum propterea venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E.

cardinalium exquisita sententia, illud apprime expediens visum est, quod ecclesia ipsa cathedralis Ratisbonensis optimæ structuræ, de rebus omnibus necessariis instructa, et copioso clero referta, prævia illius exemptione a quacumque Salisburgensis metropolitani superioritate in archiepiscopalem et metropolitanam ecclesiam erigeretur, atque hoc pacto majus obtineret honoris augmentum.

nonnullis S. R. E. cardinalibus.

§. 5. De consilio igitur eorundem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine Ratisbonensem episcopalem ecclesiam a quocumque archiepiscopi Salisburgensis metropolitico jure, superioritate, jurisdictione, et auctoritate perpetuo eximimus ac liberamus, illiusque titulum, denominationem, naturam et essentiam cathedralitatis, ac dignitatis episcopalis perpetuo quoque supprimimus, et extinguimus. Civitatem vero Ratisbonensem in archiepiscopalem, et metropolitanam civitatem eam juribus, honoribus et prærogativis hujusmodi archiepiscopalibus civitatibus competentibus, nec non cathedralem ecclesiam Ratisbonensem sub invocatione sanctorum Petri et Pauli apostolorum in ecclesiana archiepiscopalem et metropolitanam, cum sede et dignitate archiepiscopali, pro uno deinceps archiepiscopo Ratisbonensi nuncupando, qui pallii, et crucis usum ad instar aliorum archiepiscoporum, cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa archiepiscopali, omnibusque archiepiscopalibus insigniis, privilegiis, honoribus, titulis, et prærogativis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, superioritatibus, ac præ eminentiis, gratiis, favoribus, ac indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ metropolitanæ ecclesiæ, earumque præsules utuntur, fruuntur et gaudent, ac præsertim iis, quibus actedicta metropolitana suppressa sedes Moguntina, illiusque archiepiscopi et capitulum legitime potiebantur, ac pacifice gaudebant, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt simili apostolica auctoritate perpetuo erigimus, atque instituimus; nomine, titulo, et honore sedis archiepiscopalis, et metropolitanæ decorantes, il-

Erectio civitatis Ratisbonensis in archiepiscopalem.

liusque pro tempore existentem præ-
sulem archiepiscopum declarantes,
eidemque, ut singulas quæ metropo-
litanis in eorum civitatibus, diœcesi-
bus, et provinciis agere a jure indul-
tum est, facere, exercere, administra-
re, et exequi possit, apostolica au-
ctoritate perpetuo concedimus, et in-
dulgemus.

Constitutio
mensæ capi-
tularis.

§. 6. Ad capitulum porro hujus
novæ metropolitanæ ecclesiæ erigen-
dum, cum ob plures locorum, ac rerum
circumstantias minime Nobis explo-
rata sint ea omnia, quæ ad tale ca-
pitulum apprime efformandum essent
necessario agnoscenda, cumque in do-
ctrina, fide, ac prudentia ipsius Caroli
Theodori in archiepiscopum ejusdem
novæ metropolitanæ a Nobis præfi-
ciendi, multum confidere debeamus,
per præsentis Nostras literas ei com-
mittimus, ut servatis omnibus de jure
servandis, auditisque singulis in hoc
interesse habentibus, capitulum hu-
jusmodi, cum suis dignitatibus, ca-
nonicis, officiis, ac præbendis, juxta
præscriptum concilii Tridentini, nec
non ut primum poterit, curet statuere,
cum arca, bursa, et sigillo commu-
nibus, aliisque signis, et insignis,
honoribus, privilegiis, prærogativis,
præeminentiis, ac juribus, quæ antea
a capitulo suppressæ metropolitanæ
ecclesiæ legitime, ac pacifice fruebantur.
Tali autem efformato capitulo,
ut pro illius dignitatibus, et canoni-
corum, omniumque rerum, ac hono-
rum tam spiritualium, quam tempo-
ralium prospero, et felici gubernio,
ac directione, nec non onerum sup-
portatione, divinorum officiorum ce-
lebratione, ac distributionum quoti-
dianarum, aliorumque emolumentorum
quorumcumque perceptione, ac
divisione pœnarum per negligentes
incurrendarum declaratione, cæteris-
que aliis circa præmissa necessariis
et opportunis statutis, ordinationibus,
et decretis sacris canonibus, et aposto-
licis constitutionibus minime adver-
santia condere valeat, eidem Carolo
Theodoro licentiam, et facultatem
concedimus atque impertimur, man-
dantes tamen, ut omnia et singula, quæ
pro capitulo hujusmodi constabiliendo
acta erunt, ad Nos transmittat, ut præ-
vio consueto examine apostolica No-
stra approbatione roborentur; itemque
præscribentes, ut donec memoratum
capitulum novæ metropolitanæ non

erit erectum, et cum suis statutis a
Nobis plenissime approbatum, omnia
in eo, quoad præsens sunt, statu re-
maneant nihil ex una vel altera parte
innovando, utque nullum jure veterum
canonicorum tam Moguntinæ,
quam Ratisbonensis ecclesiarum, ut
præfertur, suppressarum præjudicium
quomodolibet inferatur, ac demum
eidem Carolo Theodoro injungentes,
ut interea quotidiano servitio archiepi-
scopalis ecclesiæ Ratisbonensis expe-
dienti modo provideat.

§. 7. Capitulo insuper hujus novæ
metropolitanæ ecclesiæ Ratisbonensis
statim atque erit in præmissa forma
erectum, et cum suis statutis ab
apostolica Sede approbatum, faculta-
tem perpetuis futuris temporibus im-
pertimur gandendi jure, ut in qua-
libet sedis archiepiscopalis vacatione,
infra tres menses a die vacationis
hujusmodi canonici capitulariter con-
gregati, divino implorato præsidio,
novum ejusdem metropolitanæ eccle-
siæ Ratisbonensis archiepiscopum
juxta canonicas leges, et ad formam
juris, ac statutorum antiquæ suppressæ
metropolitanæ ecclesiæ Moguntinæ in
posterum eligere libere ac licite pos-
sint, et valeant, qui postmodum a
Nobis et Romanis pontificibus suc-
cessoribus Nostris in ejusdem ecclesiæ
antistitem, erit consueto more con-
firmandus; et per apostolicas sub-
plumbo literas de ipsa metropolitana
ecclesiæ providendus.

Privilegia
concessa ca-
pitulo.

§. 8. Quod si fortasse vacatio
Ratisbonensis ecclesiæ quovis modo
accidat priusquam ejus novum capi-
tulum præmissa methodo sit erectum,
et cum suis statutis ab apostolica Sede
approbatum, cum maxime intersit,
ut ad novi præsolis deputationem
quam expeditissime procedatur, de-
cernimus et mandamus, quod jus
eligendi novum Ratisbonensem ar-
chiepiscopum a Romano pontifice
deinceps confirmandum infra præ-
finitum tempus, et juxta formam ca-
nonicarum legum, ac statutorum sup-
pressæ metropolitanæ ecclesiæ Mo-
guntinæ, in hoc tantum peculiari
casu ad solos antiquos canonicos ipsius
Moguntinæ suppressæ ecclesiæ spe-
ctet, et pertineat, ac spectare, et per-
tinere debeat, absque eo, quod ca-
pitulo suppressæ episcopalis ecclesiæ
Ratisbonensis aliquo modo in id se
se ingerere liceat; suspenso in simili

Declaratio
specialis.

dumtaxat casu manente omni et quocumque jure hujus antiqui capituli circa proprii episcopi electionem.

Ambitus novae dioecesis praefinitur.

§. 9. Pro ambitu vero novae archidioecesis Ratisbonensis in qua futurus et pro tempore existens archiepiscopus residere debet, ultra Ratisbonensem civitatem assignamus tam omnia et singula oppida et loca in suppressa episcopali dioecesi Ratisbonensi contenta, quae ad praesens ipsius a Nobis deputandi archiepiscopi etiam temporali dominio subjacent, quam oppida, et loca jam efformantia partem alteram suppressae Moguntinae archidioecesis ad dexteram Rheni ripam existentia, quae pariter temporali dominio subsunt antiqui archiepiscopi Moguntini, cui adhuc integra manet in illis jurisdictio, cum omnibus et singulis personis tam ecclesiasticis, quam laicis cujuscumque gradus, et conditionis, quas ordinariae futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Ratisbonensis potestati, et auctoritati perpetuo subiicimus, atque supponimus.

Dotatio Mensae Archiepiscopalis.

§. 10. Ut autem futurus, et pro tempore existens archiepiscopus Ratisbonensis dignitatem suam decenter sustinere valeat, redditus omnes, ac proventus a memoratis territoriis Moguntinae et Ratisbonensis suppressarum dioecesium, temporali etiam ipsius novi archiepiscopi dominio, ut praefertur, subjectis provenientes, atque ad summam centum octoginta circiter millium florenorum monetae illarum partium annuatim, ut assentitur, ascendetes pro dote mensae archiepiscopalis ecclesiae Ratisbonensis, apostolica pari auctoritate perpetuo etiam constituimus et assignamus.

Idem ut supra.

§. 11. Eidem praeterea ut supra a Nobis erectae metropolitanae ecclesiae Ratisbonensi omnes, et singulas episcopales ecclesias, quae ad dexteram ripam antedicti fluminis Rheni sitae sunt, quaeque antea vel Moguntinae vel Trevirensis, aut Coloniensis ecclesiarum, ut praefertur, suppressarum juri metropolitico suberant, vel ad praesens venerabilis fratris moderai Salisburgensis archiepiscopi juri subsunt metropolitico (praevio tamen venerabilium fratrum Salisburgensis archiepiscopi, et suppressae metropolitanae ecclesiae Trevirensis antistitis, nec non dilectorum filiorum suppressae archiepiscopalis ecclesiae Coloniensis

capituli, et canonicorum expresso consensu a supradicto novae metropolitanae ecclesiae Ratisbonensis deputando archiepiscopo prius exquirendo ac reportando, et semper exceptis ecclesiis illis, quae in imperiali regiae Austriae domus, atque in Borussiae regis dominiis existunt, itemque salva in omnibus, et integra manente Sedis apostolicae auctoritate circa erectiones dioecesium, et divisiones provinciarum, quovis tempore ac quomodolibet libere exercenda) in eisdem futuri, et pro tempore existentis archiepiscopi Ratisbonensis suffraganeas assignamus, ad hoc ut harum praesules, ejusdem archiepiscopi metropolitico juri subsint, atque ipse futurus et pro tempore existens archiepiscopus Ratisbonensis in hisce dioecesibus metropolitico sibi vindicet jus, ac suffraganeos ad provinciales synodos evocare, et cum eis publica etiam negotia pertractare, causasque appellationum, et querelarum ad eum juxta decreta concilii Tridentini devolutas terminare, omniaque alia et singula, quae ad archiepiscopale munus juxta canonicas sanctiones quomodolibet spectant, et pertinent facere, gerere, exercere, et exequi valeat plenam concedimus facultatem et auctoritatem.

§. 12. Postquam vero Salisburgensis archiepiscopus, et suppressae metropolitanae ecclesiae Trevirensis antistes, nec non suppressae pariter Coloniensis archiepiscopalis ecclesiae capitulum consensum ab eis ut supra exquirendum praestiterint, ut idem futurus archiepiscopus Ratisbonensis consensuum hujusmodi authentica exempla, et notulam ecclesiarum omnium suo metropolitico juri vigore praesentium subiiciendarum, itemque tabulam exprimentem singula loca novam archiepiscopalem Ratisbonensem dioecesim efformantia, ad Sedem apostolicam quantocius transmittere teneatur, volumus, atque mandamus.

De consensu praebendo ab alijs episcopis novae erectionis dioecesis Ratisbonensis.

§. 13. Et quoniam nova archidioecesis unam tantummodo partem comprehendit antiquae suppressae episcopalis dioecesis Ratisbonensis, cujus administrationem jam antea memorato Carolo Theodoro, ut supra, commisimus, Nos ut spiritali gubernio quorumcumque christifidelium, qui aliorum principum temporali domi-

Consultat veteri territorio non comprehenso in nova constitutione dioecesis Ratisbonensis.

nio subjacent opportune consultum sit, eundem Carolum Theodorum futurum archiepiscopum Ratisbonensem in spiritali administratione, et jurisdictione populorum omnium existentium in locis antiquæ diœcesis Ratisbonensis, quæ aliis subsunt principibus ad Nostrum, et Sedis apostolicæ tantummodo beneplacitum confirmamus: declarantes tamen, quod si forte ante obitum sepe dicti Caroli Theodori nondum de ultimodicta veteri diœcesis portione aliquid ab apostolica Sede fuerit constitutum, nullo exinde in ejusdem spiritali gubernio jus possit ullo modo acquirere successor eligendus archiepiscopis Ratisbonensis, quodque Nobis et apostolicæ Sedi libere manent reservata facultas præscribendi rationem, qua populorum in præfato territorio dependentium spiritali administrationi debeat provideri.

Id ipsum
pro territorio
antiquæ diœ-
cesis Mogun-
tine.

§. 14. Eidem pariter Carolo Theodoro futuro archiepiscopo Ratisbonensi potestatem tribuimus, ut in eam, in quem locus antiquæ antiquæ Moguntinæ diœcesis ad dexteram Rheni ripam positus intra limites novæ archidiœcesis Ratisbonensis minime comprehendatur, spiritali jurisdictionem in eodem loco, ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum, ut prius exercere libere ac licite possit et valeat.

Deputatio
administrato-
ris ecclesiæ
Vormatiensis.

§. 15. Animo demum revolventes, quod jam a triennio circiter prædictus Carolus Theodorus in manibus Nostris dimiserit episcopalem ecclesiam Vormatiensem, quam ex apostolico indulto una cum archiepiscopali Moguntina ecclesia retinebat, quodque Vormatiensis civitas cum parte antiquæ suæ diœcesis nū ex novis diœcesibus imperii Gallicani fuit incorporata. Nos vigore præsentium literarum habentes pro suppresso, et extincto titulo, denominatione, et essentia veteris episcopalis ecclesiæ Vormatiensis, firmis tamen in eo statu, in quo ad præsens reperiuntur juribus, ac privilegiis capituli ipsius Vormatiensis ecclesiæ suppressæ, ut spiritali gubernio illius partis antiquæ diœcesis, quæ ad dexteram Rheni ripam existit opportune provideatur, memoratum Carolum Theodorum futurum archiepiscopum Ratisbonensem in administratorem ultimo dictæ partis præfate diœcesis confirmamus

Bull. Rom. Tom. XII. F. 78.

donec aliter a Nobis, et ab apostolica Sede fuerit constitutum.

§. 16. Decernentes easdem præsentis literas Nostras etiamsi in præmissis interesse habentes, seu habere præteridentes non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, nec causæ propter quas eadem præsentis emanarunt sufficienter adductæ, justificatæ, et verificatæ non fuerint, semper et perpetuo validas et efficaces esse, et fore, nosque plenarias, et integros effectus sortiri, et obtinere, atque ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individua mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite de jure vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione vel causa quantumvis legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retardari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et scientia similibus concessio, et impetrato, vel emanato quempiam nri, seu se juvari in iudicio vel extra illud posse, neque easdem præsentis sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas comprehendere, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas,

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irri-
tans.

repositas; et plenarie reintegratas, atque perpetuo validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrartorum.

§. 17. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, dictæque Ratisbonensis, nec non aliarum quoque Moguntinæ, Trevirensis, Coloniensis, ac Vormatiensis, ut præfertur, suppressarum, et Salisburgensis respectivo ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere vel in specie quomodolibet concessis; quibus omnibus et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur et insererentur, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse, nec non opportune et valide ad præmissorum dumtaxat validissimum effectum harum serie, quatenus opus sit, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum
de inscriben-

§. 18. Volumus autem, quod prædicta metropolitana ecclesia Ratisbo-

nenensis, per Nos, ut præfertur, erecta juxta sejus super expressos redditus, ex gratia specialia ad decem mille florenos auri modo taxari, et in libris camerae apostolicæ taxa hujusmodi describi debeat.

§. 19. Eadem denique præsentium transumptis, sive exemplis manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides prorsus habeatur tam in iudicio, quam extra illud; quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

dis fructibus
in libris ca-
meræ.

Fides haben-
da transump-
tis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ exemptionis, liberationis, suppressionis, erectionis, declarationis, concessionis, indulti, facultatis, assignationis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Parisiis, anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo quarto, kalendis februarii, pontificatus Nostri anno quinto.

Sanctio poe-
nalis.

CCCLI.

Dat. die
19 februarii
1805.
anno V.

Indultum recolendi in protectricem principalem beatæ Mariæ virginis sub titulo de Gratia pro oppido Carmonensi Hispalensis diocesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **T**anto studio, tantaque charitate beatissima virgo Maria nobis omnibus divinam opem obtinere gestit, ut quemadmodum per ipsam Deus descendit in terram, ita etiam per ipsum homines ascendant in cælum. Quoniam vero mortalium iniquitas divinam indignationem in se quam sæpissime concitat eadem Deipara est arcus fœderis sempiterni, ut non interficiatur omnis caro. Reliquorum namque cœlestium incolarum preces divinæ benignitati dumtaxat, Mariæ vero preces materno

Præmium.

etiam euidam juri innotuitur. Quare ad divini sui filii thronum ipsa accedens, advocata petit, ancilla orat, mater imperat.

Preces pariter pro obtinenda concessione.

§. 2. Hæc et ejusmodi plura comperita habentes dilecti filii universitatis, et homines oppidi civitatis nuncupati Carmonensis Hispalensis diocesis quum nuperrimis temporibus contagiosæ febres, quæ amarulentæ dicuntur in sibi finitimis regionibus grassarentur, ad gratiæ, misericordiæque matrem confugerunt, atque cum privatas, tum publicas ante ipsius imaginem sub titulo = de Gratia = nunc in templo religiosorum virorum sancti Hieronymi extra oppidi mœnia repositam preces ex intimo corde effuderunt, ut per validissimam suam apud omnipotentem intercessionem tam mali abs eorum patria averteretur. Voti compotes facti, aliasque per plures gratias eidem virgini acceptas referentes, tandem in publicis comitiis die decima sexta superioris novembris habitis Deiparam sub invocatione, de Gratia, quam sibi prius in matrem assumpserant, in principalem etiam totius oppidi patronam elegerunt; ejusque festum in ipsius natalitatis festo die octava septembris celebrandum solemniori ritu in posterum fore constituerunt, si Nostra, et hujus sanctæ Sedis desuper sibi suffragetur adprobatio, et facultas. Quamobrem universitatis, et homines prædicti Deiparæ patrocinium in dies sibi potentissimum experti, Nobis nuper exponi fecerunt, se ad ejusdem Deiparæ cultam augendum, venerationemque firmandam maximo desiderio flagrare, ut electionem laudatæ virginis in protectricem principalem sui oppidi juxta præscriptum felicis recordationis Urbani pp. VIII. prædecessoris Nostri anno MDCLIII. cunctis suffragiis factam servari, festamque ejusdem virginis quotannis in posterum tamquam patronæ principalis celebrari concedere, aliaque, ut infra, indulgere, auctoritate Nostra apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur specialem ipsis exponentibus (qui super præmissis ordinarii consensum, quatenus notandum obtinuerint, obtinere curent) gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque

de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnibus, et singulis utriusque sexus dicti oppidi Carmonensis Christianidelibus, ut quotannis festum prædictum beatæ Mariæ virginis die octava septembris etiam tamquam patronæ principalis ejusdem oppidi ex præcepto Ecclesiæ recolant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus: ac omnibus, et singulis tum sæcularibus, tum regularibus utriusque sexus, qui horas canonicas recitare tenentur, officium et missam natalitatis ejusdem beatæ Mariæ virginis cum octava solemniori ritu pro principalium protectorum festis præscripto etiam de præcepto recitent, et celebrent, auctoritate, et tenore prædictis injungimus, atque mandamus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dicti oppidi consuetudinibus, privilegiis, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plebæ et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ de speciali mandato Nostro die decima nona februarii millesimo octingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno quinto.

Derogatio contrariorum.

